



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXV. Das Jungfrauenkloster Diesdorf. (Zweite Abtheilung\*).

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

## Das Jungfrauenkloster Diesdorf.

### Zweite Abtheilung\*).

I. Heinrich, Dompropst zu Verden, verspricht genehm zu halten, wenn das Kloster Diesdorf Erwerbungen macht, worüber ihm das Eigenthum zusteht (1200?)

Hirricus, dei gratia verdenfis ecclesie summus prepositus, Notum sit uniuersis hoc scriptum intuentibus, quod conuentum ecclesie in distorp in habendis bonis promouere cupientes, in argumentum dilectionis, qua fauorabiliter eum amplectimur, tali ac tanta gracia respicere duximus, ut gratum ratum habeamus, si de nostra proprietate quippiam sibi comparauerit, omni iuri nostro super eo penitus renunciantes.

II. Heinrich, Herzog von Sachsen, schenkt dem Kloster Diesdorf eine Hufe in Hethber, die ihm sein Marschall resignirt hat, im Jahre 1200.

Henricus, dei gracia dux saxonie, Comes palatinus Renensis, dilectis suis omnibus hoc scriptum videntibus salutem. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod uill, dilectus noster marescaulus mansum in uilla hethber de nobis in feodo tenuit, quem nobis resignauit et

\*) Den folgenden umfangreichen Nachtrag zu den bereits Band XVI. Nr. XVI. mitgetheilten Urkunden des genannten Klosters hat die Wiederauffindung des bedeutenden Urkundenvorrathes desselben, der seitdem durch verdienstvolle Fürsorge des Königl. Archivars Herrn von Mülverstedt in das Magdeburger Provinzialarchiv aufgenommen ist, mit Unterstützung desselben möglich gemacht. Die Documente, wobei nichts Anderes bemerkt ist, sind nach diesen Originalien abgedruckt, nach Abschriften, welche der ebenso fleißige, als in seinem Fache tüchtige Hülfсарbeiter des Königl. Provinzialarchives zu Magdeburg, Herr Bedding, mir in seinen Mußestunden angefertigt hat.



nos pro salute et remedio anime nostre cenobio dominarum in distorp libere et absolute contu-  
limus eundem, cum nepte eiusdem dilecti nostri marescalci, et ut (hec) donacio rata (maneant)  
semper (et) inconuulsa hanc chartam inde conscribi fecimus et sigillo nosstro communi. Testes  
huius rei sunt henricus frater marescalci, ekebertus d . . . . ., Cesarius, Rei-  
nardus de vornholt, Baltwin aduocatus . . . . . dapifer Jordan et alii domini —  
(Nun folgen noch ein oder höchstens zwei Zeilen, die aber nicht mehr zu lesen sind).

Das Original ist an vielen Stellen durch Moder zerstört. Die in Parenthesen stehenden Buchstaben und Worte  
sehen nicht im Original, sondern sind vom Abschreiber hinzugefügt.

III. Rudolph, Bischof von Verden, bekundet, daß Werner, Graf von Lühow, das Wendische  
Gut Schapwedel von der Kirche in Verden gekauft habe, im Jahre 1202.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Rvdolfus, dei gracia verdenfis ecclesie  
Minister humilis, Notum sit omnibus fidelibus tam posteris quam modernis, quod Comes wern-  
herus de Lychowe consensu nostro, necnon et prepositi nostri ysonis et decani Manegoldi  
ceterorumque fratrum, quoddam predium flauicum, scapwidele nomine, quadam certe pecunie  
quantitate, ab ecclesia nostra in proprietatem sibi comparauit. Vt autem huius venditionis contra-  
ctus ratus et inconuulsus in perpetuum permaneat, presentem paginam, hoc factum firmiter attestan-  
tem, sigillo ecclesie nostre roboramus. Huius rei testes sunt yso prepositus, Manegoldus, deca-  
nus, Rotgerus, wibertus, alexander, hermannus cellerarius, Rodolfus custos, et alii  
clerici multi, Bernhardus, Comes de wilpia, Reinhardus, hermannus et alii laici quam  
plures. Datum anno dominice incarnationis M°. CC. II°.

IV. Rudolph, Propst zu Hamersleben überläßt dem Kloster Diesdorf die an dessen Grenzen.  
gelegenen Besitzungen seines Klosters gegen Zahlung von 20 Mark Silber und Abtretung  
einer Hufe zu Groß Emden (1210—1215?).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Rudolfus, dei gracia hamerslouensis  
ecclesie prepositus, vniuersis christi fidelibus salutem ueram et pacem irrefragibilem. — — factum  
nostrum, quod nos communi consensu et vnanimi consilio totius conuentus nostri rationabiliter feci-  
mus, ad efficaciorum scandalorum et controuersiarum euitationem, presentis scripti nostri testimonio  
confirmamus, ut et tam posteris nostris quam et nobis ratum et inuiolabile perenniter maneat. Igi-  
tur cum nos bona quedam haberemus infra terminos uille distorp et illa nimis remota a nobis et



tutione nostra essent, nos cambitionem facientes cum venerabilibus domino christiano preposito in distorp et conuentu eiusdem loci predicta bona eis dedimus, pro XX marcis argenti et pro manso uno, quem ipsi in maiori emmedha habuerunt et sic illum obtinemus salvo nobis eodem iure et iusticia quo ipsi prius eum possederant.

V. Das Kloster Marienthal vertauscht zwölf Hufen in Ordorf und zwei Hufen in Honsfied bei Lutter für sieben Hufen und drei Höfe in Berklingen an das Kloster Diesdorf, am 8. Februar 1220.

Hinricus, dei gratia Abbas vallis sancte Marie, — — futurorum quieti providere cupientes, presenti scripto cunctis legentibus dignum duximus intimandum, quod ecclesia vallis sancte Marie duodecim Mansos in Orthorp et duos in honstede prope lythere omni iure proprietatis diu obtinuit possessione quieti. Causa igitur honesta intercedente ecclesia vallis sancte Marie prefata bona, ab omni aduocatie grauamine et litonum iure libera, ecclesie beate Marie in Disthorp pro septem mansis et tribus areis in berklinge, omnem habentes integritatem libertatis, dedit perpetuo proprietatis iure integerrime possidendos, hac tamen forma . . . . . bona ab omnibus impetentibus secundum iuris ex(actione)m inte(gral(ite)r . . . . . odiet fideliter se interponendo, ut quicquid utraque ecclesia in predictis bonis . . . . . habuerit, uicissitudine karitativa sopiatur. Acta sunt hec anno ab Incarnatione domini Millesimo CC°. XX°. VI°. Idus Februarii, presenti abbati Arnolde de Riddageshufen, Hermanno existente fore . . . . . vallis sancte Marie, Johanne de Ofkerfloue . . . . . rado cellerario, Olrico custode, Friderico kamerario. Cum consensu unanimi uniuersi c(ap)ituli loci eiusdem, Sicut exhibitione presentium prenotatur litterarum. Datum per manus Osmandi, Monachi et Notarii loci eiusdem.

An den durch Punkte bezeichneten Stellen ist das Original vermodert. Rückfichtlich des Datums ist schwer zu bestimmen, ob VI. zum Jahr oder zum Tage des Datums gehört.

VI. Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, schenkt dem Kloster Diesdorf zwei Hufen zu Henningen, am 25. März 1222.

Otto, Dominus de Lyneborch, vniuersis fidelibus tam futuris quam presentibus salutem et sincere dilectionis affectum. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, scriptis priuilegiorum et testium Linguis perpetue solent memorie commendari. Eapropter vniuersitati omnium qui hanc paginam uiderint et audierint cupimus fore notum, quod nos duos mansos in henninge de patrimonio



nostro donauimus in proprium Cenobio in Distorp eidem cum omni fructu et utilitate perhenniter assignando, quos mansos Burchardus Berse de manu nostra pheodaliter tenuit et possedit. Hanc autem donationem fecimus sub hac forma, vt dictum Cenobium patrem et matrem nostram et nos et uxorem nostram u(n)a cum heredibus nostris in plena fraternitate recipiat et (t)eneat, . . . . . monialium ibidem seruicium participes fieri mereamur. Ne ergo huiusmodi actio per alicuius calumpniam possit in irritum reuocari hanc cartulam sigilli nostri impressione et appensione iussimus roborari. Actum est hoc anno Incarnationis Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. Kalendas aprilis. Huius rei testes sunt: Bernardus de Dorstat, wernerus de Louenborch, Sighebandus et frater eius Teodericus de monte, Marcaleus paridamus, Johannes de wrestede, hartnidus, hermannus Ribe, Reiboldus . . . . ztrowe et scriptor noster Crachto.

Das Original ist durch Mober beschädigt und an einigen Stellen durchgerissen, wodurch einige Wörter ganz weggefallen, andere undeutlich geworden sind.

VII. Otto, Herzog von Lüneburg, genehmigt den Verkauf von fünf Hufen in Süd-Wittingen an das Kloster Diesdorf, am 9. August 1226.

Otto, dei gracia Dux de lüneborch, Omnibus Hoc scriptum audientibus Salutem et dilectionem. Testes et priuilegia perpetuam efficiunt memoriam cuiuslibet actionis. Notum igitur facimus tam presentibus quam posteris vniuersis, quod Hartnidus de wrestede, ministerialis noster, ecclesie in Distorp uendit quinque mansos, qui siti sunt in campo Suderwitinge, quorum duo sui erant, et tres nostri, quos a nobis in pheodo possidebat. Nos autem tam de nostris quam de suis licenciam nostram bonam ei dedimus in hoc facto, et promiserunt cum eo Genehardus de wrestede, Hermannus et Henricus Ribe et alii sui parentes et amici, quod ecclesiam super hoc nunquam inquietabunt. Actum est hoc apud Lüneborg, anno Incarnationis domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVI. In vigilia sancti Laurentii, presentibus fidelibus nostris: Burchardo de wlfersbüttel, Paridamo, Hermanno Ribe et fratre suo Henrico, lippoldo de tfarnhufen, wigerado, ludolfo Gropen, Hermanno de Eueringe, Geuehardo de wrestede et pluribus aliis.

VIII. Otto, Herzog von Braunschweig, übereignet dem Kloster Diesdorf das dem letztern von seinem Vasallen, Werner von Medingen, verkaufte Dorf Reddigan, im Dezember 1226.

In nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia dux de Bruneswic, Omnibus in perpetuum. Cum omnia, que sub tempore geruntur, negocia cum ipso tempore defluant et re-



cedant, non incaute confueuerunt homines priuilegiis et testibus suas actiones perhenniter stabilire. Notum igitur facimus tam futuris quam presentibus vniuersis, quod wernerus de Medinge fidelis noster villam Ridegowe uendit ecclesie in distorp perpetuo possidendam. Ad quam uenditionem de bono consensu noster animus sic accessit, ut nos proprietatem eiusdem uille ipsi ecclesie assignaremus et daremus pro nostrorum remedio peccatorum, et ut participes simul oracionibus et laboribus quos sanctimoniales ibidem domino incessanter studuerint exhibere. Actum est hoc anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVI. In mense Decembri. Testes sunt Geruasius prepositus in Ebbtorp, Crachto, Thebaldus, Sigebandus, Thidericus de monte, Geuehardus, Otto magnus, wernerus de zwerin, Hartmannus et alii quam plures.

IX. Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, genehmigt den Verkauf von zwei Hufen in Süd-Wittingen, denen er noch drei als Geschenk hinzufügt, an das Kloster Diesdorf, im Jahre 1226.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Dux de Lüneborch, Omnibus in perpetuum. Omnis humana actio sepissime reuocaretur In irritum, nisi priuilegiis ac testibus stabile acciperet firmamentum. Inde est quod vniuersis tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod Harnidus de wrestede, ministerialis noster, de consensu heredum suorum et paridami et Harnidhi accedente promisso, duos mansos de patrimonio suo, in Suderwitinge sitos, uendit ecclesie Beate virginis Marie In Distorp, resignato ei penitus omni iure, quod ipse possederat in eisdem. Nos autem consensum nostrum huic facto similiter adhibentes, ad petitionem eius et amicorum suorum, et potissime pro nostrorum remedio peccatorum, tres mansos de proprietate nostra in predicta villa obtulimus et in proprium dedimus ecclesie supradicte. Quos mansos idem Harnidus de wrestede a nobis tenuit in pheodo, et similiter illi ecclesie cum omni tam nostro quam suo iure de nostra uendit uoluntate. Actum est hoc dominice Incarnationis anno M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>. apud Louenborch, presentibus fidelibus nostris: Burchardo de wilferbutle, Dapifero nostro, Geuehardo de Lüneborch, Ekkehardo Schakk., Ermenoldo de Beuenhufen, Henrico Ribe, Lippoldo de tsarnhufen, Johanne de Mirica et Crachtone scriptore nostro, viuento et procurante venerabile viro Domino preposito Thiderico.



X. Otto, Herzog von Braunschweig, übereignet die Vogtei über das Dorf Wunnesbüttel dem Kloster Diesdorf, am 1. Mai 1236.

In nomine domini Amen. Quia memoria hominum obliuionis Caligine Offuscatur, nisi ea, que aguntur in tempore, litterarum legitimis roborentur documentis; Eapropter Dei gracia Nos Otto, dux in (brun)swig, ob reuerenciam gloriose virginis marie, pio moti affectu circa Monasterium sanctimonialium In dyldorpe, omnibus presentibus et futuris litterarum tenore in perpetuum protestamur, Quod aduocaciam ville wunnesbütle nobis et dominis m(ar)chie pertinentem, dedimus, damus et appropriamus monasterium (sic) sanctemonialium In dyldorpe ad habendam eandem iusto proprietatis tytulo, et eidem monasterio perpetuo mansuram. Quam vero donacionem et appropriacionem ratificamus per presentes nostri cum sigilli munimine roboratas. Datum anno domini M°. CC°. Tricesimo sexto, In die phylippi et Jacobi apostolorum.

XI. Das Kloster Hamersleben begiebt sich seines Rechtes an dem Felde Monekevelt zu Gunsten des Klosters Diesdorf (October 1241?)

Wernerus, dei gracia prepositus Totusque conuentus in Hamersleue, — Notum facimus tam presentibus quam futuris christi fidelibus, quod nos communi consensu nostri capituli cessauimus totaliter Ab impetitione ecclesie in Distorp, quam habuimus pro quodam campo dicto Monekevelt, sito inter villas, que dicuntur wadencoten et winebüttele et ab omni iure a(duocatic)io, quod in eisdem agris habuimus, abrenunciauimus, receptis quinque marcis argenti a domino thiderico preposito Ecclesie iam prescripte. Verum ne in posterum aliqua super hoc contractu suboriri possit calumpnia, hanc paginam tradimus inde conscriptam nostre Ecclesie sigilli munimine roboratam. Testes sunt Ludolfus de Hunsburch, Ludolfus de Luttere, thidericus sancti Egidii in brunswik, abbates, Henricus in scenigge, Rodolfus sancti Johannis in halberstad, Bertoldus in Dru(be)ke, prepositi, Thidericus, prior in husburch, Arnoldus regularis in scenigge, Arnoldus de Baddenleue . . . . . M°. CC°. XL°. . . . . (Ka)l. Nouembris.

Das Original ist beschädigt und das Datum nicht vollständig mehr zu lesen.



XII. H. Graf von Luchow berichtet dem Bischof von Verden, daß die Schenkung von Gütern in Lidern und Wendisch Ordorf Seitens seines Bruders Ulrich an das Kloster Diesdorf mit seiner Zustimmung geschehen sei (1250).

Reuerendo patri ac domino suo J. verdenſi Epifcopo H. Comes de Luchowe paratum obſequium et fidele. Ordinationem, quam frater meus Comes Olricus fecit de bonis et proprietate noſtra in Lidere et wenediſchen ordorp, conferens ea eccleſie in diſtorp, ratam habeo ipſaque de conuiuentia et uoluntate mea proceſſit. Vt autem predicta collatio firma perſiſtat eccleſie, peto eam auctoritate ueſtra ſtabiliri.

XIII. Das Kloſter Hamerſleben verkauft dem Kloſter Diesdorf das Dorf Klein-Bergmoor, halb Warendorf, zwei Hüfen zu Bodenſtedt und eine Huſe zu Amendorf, 1254.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Reinolduſ, dei gracia prepoſitus in hamerſleue totuſque (conuentuſ) eiuſdem eccleſie omnibuſ in perpetuum. Cum uarii ſint reru euentuſ etc. — — Notum igitur eſſe cupimur tam preſentibuſ quam futuris pagine preſentis inſpectoribuſ, quod eccleſia noſtra uendit eccleſie in diſtorp uillam que uocatur minuſ berckmere et medietatem uille uarendorp et duoſ manſoſ bodenſtede et unum manſum annendorp pro centum marcis communis argenti, eo iure, quo eaſ uſque ad preſens poſſedimus, eccleſie ſupradicte ammodo poſſidendas. Exiſtentibuſ officiatiſ eccleſie noſtre domino Johanne, priore Bernardo hoſpitalario, Alberto cellerario, Liudolfo cuſtode. Teſteſ huiuſ rei ſunt Dominuſ Liudolfuſ prepoſituſ montis ſancte Marie apud helmenſtat et de ottenleue, Dominuſ Teodericuſ bromes, Gunteruſ, Conraduſ, Ericuſ-de hamerſleue, Conraduſ, vlricuſ . . . . . Bertolduſ de offendorp, militeſ, Teodericuſ aduocatuſ (in) varſvelde dictuſ . . . . . (a)lii quam plureſ. Vnde ne etc. Anno dominice Incarnationiſ (M<sup>o</sup>.) CC. L. III<sup>o</sup>.

Das Original iſt ſehr beſchädigt, namentlich gegen das Ende.

XIV. Conrad von Dorſtadt tritt dem Kloſter Diesdorf alle ſeine Rechte an Haſelhorſt ab, im Jahre 1258.

Conraduſ, dictuſ de dorſtat, omnibuſ in perpetuum. Notum eſſe volumuſ, quod ad conſenſum hereduſ noſtroruſ contulimur eccleſie diſtorp mediantibuſ XX marcis communis ar-



genti quicquid proprietatis habuimus in villa haslehorft, quod dominus henricus, miles, dictus de yfenhagen a nobis iure tenuit pheodali. Testes huius rei sunt: Dominus daniel abbas sancti egidii, hillebrandus prior, timmo camerarius, plebanus sancti magni, gheuehardus, plebanus de wenethufen, benedictus, wilekinus miles de hortorpe, henricus de brandefleue. Acta sunt hec anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo Dominice Incarnationis.

XV. Hermann von Elleffen überläßt alle seine Gerechtigkeiten zu Haselhorst dem Kloster Diesdorf, (1258?)

Hermannus, dictus de elleffen, Omnibus in perpetuum Notum esse uolumus, quod ecclesiam distorpe speciali quadam prerogatiua diligentes, utpote ubi nostre cognationis multorum corpora immo precipua requiescunt, Quicquid proprietatis habuimus in uilla haslehorft et quod dominus heinricus miles, dictus de yfenhagen a nobis tenuit iure feudali, memorate ecclesie in manfis, in filiis et omnibus appendiciis pro anime nostre remedio vna cum uxore nostra contulimus . . . . . marcarum argenti summa mediante uouentes, ut heredes nostri adhuc fugentes cum ad annos discretionis peruenerint adimplebunt Recepimus . . . . . Cuius rei testes sunt dominus daniel . . . . . egidii in brunfwic, dominus burhardus . . . . . iohannes de walethe . . . . . militel . . . . . cyriaci . . . . . et stabile permaneat presentem paginam sigilli nostri munimine dedimus . . . . . in monte sancti cyriaci apud brunefwic, anno domini . . . . .

Das Original ist fast ganz vermodert, besonders die zweite Hälfte; und war es nicht möglich, mehr als die eben stehenden Worte zu lesen. Die Schrift ist aus der Mitte des 13. Jahrhunderts. Der als Zeuge aufgeführte Abt Daniel zu St. Egidii zu Braunschweig wurde 1257 zum Abt erwählt, also würde ungefähr 1258 das Jahr sein, in dem unsere Urkunde vielleicht aufgestellt ist.

XVI. Das Kloster Gbsdorf cedirt dem Kloster Diesdorf Gebungen aus Abbendorf, i. J. 1262.

Johannes, dei gracia prepositus et conuentus in Ebbekeftorp, omnibus presentem paginam inspecturis salutem. Acta hominum que fiunt in tempore, plerumque mutantur cum tempore, nisi per scripta auctentica fuerint posterorum noticie commendata. Inde est quod notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos ex communi consensu tocius nostri capituli assigna-



uimus ecclesie beate virginis in Distorp unum chorum filiginis cum omni iure proprietatis in villa abbendhorp in manso, quem possidet christianus de Gribene, in recompensatione vnius marce denariorum, quam ab ecclesia nostra comparauerat beate memorie prepositus thidericus. Vt autem hoc factum nostrum ratum et stabile perseueret, presentem paginam inde conferibi fecimus, sigilli nostri appensione roboratam. Testes huius rei sunt dominus Johannes de vllefen, Dominus henricus de witigge et alii duo sacerdotes nostri, dominus henricus de Schvfen Et alii quam plures. Acta sunt hec anno graciae M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>.

XVII. Das Kloster Ebsdorf verkauft seine Güter in Grieben, ausgeschlossen die Vogtei, und sechs Hufen in Abbendorf mit der Vogtei an das Kloster Diesdorf für 105 Mark, 1263.

Johannes, dei gracia prepositus, et G., priorissa, cum unanimitate tocius conuentus in Ebbekeftorp Omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in domino. Cum rerum et temporum uarii sint euentus et in rebus humanis nichil perfectionis esse possit, discretio adhibenda et cautela, ut nostris gesta temporibus, ne a sui tenoris constantia recedant, certis scripture noticiis perhennentur. Notum igitur esse tam presentis quam futuri temporis cupimus vniuersis, quod nos unanimi consilio et consensu tocius capituli nostri dimisimus Ecclesie in Distorp sub titulo uendicionis bona, que habuimus in villa Gribene, cum omni iure, excepta aduocacia filiorum domini Jakeze et quatuordecim solidis scilicet in Gribene, et sex mansos sitos in Abbendorf cum aduocacia et proprietate et omni iure, Receptis centum et quinque marcis brandenburgensis argenti a domino Friderico preposito ecclesie supradicte. Et ne super hiis imposterum aliqua suboriri possit dubitatio, presentem paginam inde conscriptam et sigilli nostri impressione communitam ecclesie prefate diximus in testimonium erogandam. Testes huius rei sunt dominus Johannes monachus de vllefen, Dominus henricus sacerdos dictus leo, Christianus de Gribene, henricus de witigge et alii quam plures. Acta sunt hec anno graciae M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. III., Indictione sexta.

XVIII. Das Kloster Diesdorf bekundet den ihm Seitens Otto's des Aelsteren, Edlen Herren von Hadmersleben, geschehenen Verkauf des Dorfes Dankedessen, am 10. Juni 1264.

Fridericus, dei gracia prepositus, et Conuentus in Distorp Omnibus in perpetuum. Cum per nos siue per alios ad honorem dei aliqua feliciter ordinantur, necessario requiretur, ut ea per auctentica scripta et per uoces testium posterorum noticie commendentur. Scire denique debent tam presentis quam futuri temporis uniuersi, quod dominus Otto, senior nobilis, dictus de had-



merfleue, cum consensu filiorum suorum dimisit Ecclesie nostre in Distorp sub forma uenditionis cum proprietate omnia bona, que in villa dhankedeffen libera tenuit et absoluta, Ecclesiam eiusdem ville cum duobus mansis et omnibus attinenciis, Magistrum ciuium cum duobus mansis et omnibus attinenciis, Octo mansos et in tribus mansis, quos possidet Svakeben, tres quadrantes auene et tres solidos et tres pullos et minorem decimam, Seruicium et aduocatiam, Receptis a nobis centum marcis argenti examinati. Vt autem hanc uenditionem et emptionem nullus in posterum infringere presumat, predictus dominus Otto warandiam et presentem paginam inde conscriptam nobis contradidit, impressione sigilli proprii roboratam. Testes huius rei sunt: Comes wernerus de lvtterberche, filius sororis sue, Quidam miles dictus Olricus bokkesoge, Conradus rese, Thidericus de pesekendorpe, henricus de Ordene, Quidam miles piller, hermannus de kowelde, Magister ciuium de Dhankedeffen, et alii quam plures. Acta sunt hec in Ege-len, feria tertia in festo pentecostes, Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo Sexagesimo quarto, Indictione septima.

XIX. Gerhard, Bischof von Verden, überträgt dem Kloster Diesdorf seine Gerechtigkeit an sieben Hufen in Henningen, welche die Grafen von Lüchow dem Kloster geschenkt haben, am 29. Januar 1264.

Gerardus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus Totumque eiusdem ecclesie Capitulum, Omnibus christi fidelibus uel quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Quia nobiles viri Henricus et Otto, Comites de Luchowe, bona in Hennigge septem uidelicet mansos cum areis et pratis et omni iure absque aduocata eiusdem ville, quorum proprietates ad nos et nostram spectabat ecclesiam, vendiderunt domino Frithero preposito in distorpe et omni iuri suo quod in eisdem bonis habebant, ad pacem et quietem Cenobii in Distorpe firmandam, pro se et heredibus sine successoribus suis renunciantes; Presentium tenore profitemur, Quod nos unanimes consensu et matura deliberatione proprietatem predictorum bonorum in Hennigge ad instantiam et voluntatem Comitum prefatorum in Luchowe condonauimus dicto domino Friderico, preposito in Distorpe, perpetuo iure pacifice possidendam. Ne autem super eo in posterum aliqua subrescat calumpnia, hanc donationem Sigillorum nostrorum munimine statuimus et duximus roborandam. Datum verde, anno domini M<sup>o</sup>. (CC) LX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., in die valerii Episcopi.



XX. Gebhard von Heimburg, Propst zu Salzwedel, bekundet, daß Johann von Döhre eine Mark aus dem Kloster Uelsen an das Kloster Diesdorf verkauft habe, am 25. März 1273.

Ego Gheuehardus, Dominus in Heimborgh, Dei gracia prepositus de saltwedele, omnibus presentis pagine inspectoribus cupio esse notum, quod Johannes, dictus de Dhore, vendiderit Claustro sanctimonialium in distorpe vnam Marcam denariorum, quam habebat vite sue temporibus de claustro cenobitarum de Ulsen, cum consensu et vnanimi voluntate abbatis claustri predicti. Ne igitur huius rei obliuio oriatur, hanc litteram inde scriptam feci Sigilli mei robore communiri. Testes huius vendicionis sunt quorum nomina subsequuntur: Henneke de Dhore, Johannes de vlsen, Bernardus aduocatus, Johannes filius eiusdem, Heinricus de Calene, Bartholdus de Fossa, Johannes et volterus filii sartoris, fredericus de distorpe, filius fororis Domini prepositi de distorpe, et alii quam plures prouidi et honesti. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. III., in annuntiacione beate virginis.

XXI. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß es von Heinrich von Dannenberge und seinem Sohn Otto einen Hof in Weistadt gekauft habe, i. J. 1279.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus, dei gracia prepositus, et Conuentus in Distorp omnibus in perpetuum. Quoniam uarii sunt temporum euentus hominumque tractatus, prouida maiorum adinuenit prudentia, ut omnes eorum idonee dispositiones ad utilitatem spectantes, ne a successoribus ducantur in irritum, uocibus testium et litterarum munimine confirmentur. Inde est quod notum esse volumus uniuersis tam modernis quam futuris, quod nos comparauimus ecclesie nostre pro uiginti quatuor marcis stendaliensis argenti, curiam in villa wizstede, libere cum proprietate et omni iure, a domino Hinrico, filio domini Ernesti de dannenberge et filio ipsius Ottone, tunc temporis nato, Quam pecuniam publice presentauimus in die sancti Martini cuidam burgenfi dicto Thidmaro de Vlessen, presentibus militibus multis et aliis uiris probis et honestis. Si autem aliquis in posterum prefatam ecclesiam nostram in eisdem bonis impedire uoluerit, dominus Henricus mule, dominus Fridericus de iediz, dominus Johannes Crucemannus, dominus Henricus de bodenstede, milites, super eo sicut in fide sua, una cum preposito, ad manus ecclesie promissum receperunt a dicto domino heinrico, domino Gerardo de woztrowe, domino Boldewino de knesbeke, militibus, warandiam prestabunt, ea posita racione, ut si necesse fuerit saltwedele ciuitatem intrent, ibi tam diu permansuri, donec ex consensu et voluntate prepositi et Conuentus ac predictorum militum, liberam optineant absolutionem. Testes huius facti nostri sunt: Dominus Henricus prepositus de Dore, Dominus Luderus sacerdos de noua ciuitate, Dominus Henricus stefowe, Thidmarus de vlessen, Johannes et walterus filii domini walteri, Thidericus aurifaber cannenberche, qui



examinavit argentum, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis dominice Millefimo Ducentesimo Septuagesimo nono, Indictione septima.

**XXII. Bernhard, Graf zu Danneberg, bekundet dem Kloster Diesdorf all sein Erbeigen in Abbendorf geschenkt zu haben, am 23. Juni 1289.**

In nomine domini Amen. Bernardus, dei gracia comes in danneberge — — scire volumus tam presentes quam futuros, quod nos ecclesie in distorp omnia illa bona, que in villa abbendorf iure hereditario tenuimus et possedimus, cum omni proprietate, fructu et feodo, ob honorem beate virginis Marie et pro salute anime nostre libere dedimus perpetuo possidenda. Testes huius rei sunt dominus helmoldus, dominus Nicolaus de Zwerin, Dominus Henricus de woldenberge, comites, prepositus Bertoldus de salwedele, prepositus fredericus de dambeke, dominus henricus de dalenborch, Dominus sifridus de walftove, clerici, Dominus huno de karwen, Dominus borchardus de ihesow, Dominus Johannes Hune, Dominus baldewinus de knesbeke, Dominus baldewinus de bodendike, Dominus geuehardus de giffcouwe, Dominus wasmodus de knesbeke, Dominus paridamus de k(ne)sbeke, milites, Conradus et conradus de boldensole, et alii quam plures fide digni. Vt autem hec nostra donatio a nobis siue nostris coheredibus vel a nullo posterorum nostrorum infringi valeat vel irritari, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. (Da)tum anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. Nono Kal. Julii.

Das Original ist an zwei Stellen leicht beschädigt.

**XXIII. Margareth, Wittve des Ritters Johann von Döhre, verkauft ihr Aerecht an dem Dorfe Abbendorf dem Kloster Diesdorf, am 11. November 1290.**

Ego margareta, relicta domini iohannis de Dore, vna cum filio meo Gerharde — — ad noticiam tam vniuersorum quam successorum meorum cupio deuenire, quod vna cum filio meo sub forma uenditionis resignaui ecclesie in distorp quicquid iuris, proprietatis aut feodi in abbenthorp habui, et ne consanguinei, successores siue heredes filii mei aut mei, si affuerint, sibi aliquid ex hiis bonis predictis vendicent aut vsurpent, litterarum testimonio cum sigilli nostri ac fratrum meorum inpressione fecimus roborari. Huius rei testes sunt viceprepositus Euerhardus in doren, Dominus Henricus plebanus in ludelfem, Dominus henricus plebanus in abbenthorp, sacerdotes, Dominus manegoldus, dominus Conradus, dominus Ludolfus,



milites, fratres mei, Henricus, scultetus in eadem villa et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M°. CC°. LXXX°. III°. ydus nouembrium, in die Martini.

XXIV. Erich und Harnid Crucemann verkaufen den Zehnten in Ellenberg und die Kreuzschul daselbst dem Kloster Diesdorf, um das Jahr 1290.

Erius miles et Har. . . . . cruce-man cognominati — seire volumus vniuersis, quod ecclesie beate virginis Marie et conuentui in Diftorp vendidimus decimam in Ellenberge cum omni iure proprietatis, tam in minutis quam in maximis, et quandam summam in eadem villa, que cruceculd vocatur, quam simili hereditario iure a nostris patribus possederamus. Hec bona comparauit a nobis dominus Heynricus prepositus et prouisor eiusdem ecclesie pro ducentis marcis puri argenti. Quod factum ut notum sit omnibus etc. —

Der Schluß dieser sehr defecten Urkunde fehlt; es läßt sich nicht genau bestimmen, wie viel Seilen weggefallen sind.

XXV. Heinrich, Herzog von Braunschweig, verkauft dem Kloster Diesdorf drei Hufen zu Ellenberg nebst der Capelle daselbst, am 30. Mai 1291.

Ad perpetuam rei geste memoriam, que geruntur in tempore solent poni in ore testium, vel scripture memoria perhennari. Nouerint igitur vniuersi tam posterii quam presentes presentium inspectores, quod nos dei gracia Henricus, dux de Brunswich, Tres mansos sitos in villa Ellenberge cum omni iure suo, et quicquid juris aut proprietatis in eadem villa et Capella sita ibidem hucusque habuimus, sicut pater noster dilectus clare memorie Dux Albertus quondam de Brunswich, iure hereditario dictos mansos possederat, accedente consensu omnium, quorum erat consensus merito requirendus, Ecclesie Sanctimonialium beate Marie virginis in Diftorpe, verdenis dyocesis, pro viginti marcis stendalensis argenti uendidimus, Libertate perpetua possidendos. In cuius rei euidenciam presens scriptum Sigilli nostri Munimine roboratum Ecclesie supradicte Liberaliter concedendum duximus ad cautelam videlicet ne contractus tam rationabiliter celebratus, per tempora vel momenta quocumque etiam articulo emergente, aliquam cuiuscunque intricacionis sustineat Lesionem. Huic autem contractui aderant et sunt testes: Baldewinus, wasmodus et paridam, dicti de knesbeke, Bertoldus de Bodenrothe, Johannes de Honlage et Conradus dictus Rouere, Milites, Johannes Sloteke, Harnid de Marnholte et quam plures alii fide digni. Datum Gefhorne, Anno domini M°. CC°. nonagesimo primo, In vigilia Ascensionis domini.



XXVI. Das Hochstift Verden bestätigt dem Kloster Diesdorf den Besitz des von den von Crucemann gekauften Zehntens in Ellenberg, i. J. 1291.

Conradus, dei gracia verdenfis ecclesie episcopus, Henricus, decanus totumque capitulum eiusdem ecclesie — omnem hominem volumus non latere, quod ecclesie beate virginis marie in distorp super decimam in Ellenberge integraliter et vnanimiter contulimus proprietatem, pro qua (sic) Henricus prepositus et prouisor sanctimonialium illic domino famulantium comparauit a domino Erico milite suoque fratre ac veris heredibus dictis cruceman pro ducentis Marcis puri argenti, Quod factum, ut stabile maneat et ratum, et ne quis successorum nostrorum per iniustam possit infringere uiolentiam litterarum traditionem cum nostrorum sigillorum appensione fecimus roborari. Datum verde, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXX<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>.

XXVII. Der Edle Gottschalk von Elfen resignirt dem Stift Verden die von demselben zu Lehen gehende Zehntgerechtigkeit in Ellenberg zu Gunsten des Klosters Diesdorf, i. J. 1291.

Gotfcalcus, vir nobilis dictus de Elfen, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in virginis filio crucifixo, Magnis incommodis et Multis occurrimus, dum Etatis nostre negotia stili officio perennamus. Noscant igitur tam posteri quam presentes, quod nos cum Rathabitione et consensu omnium heredum nostrorum decimam in Elberche, quam ab Episcopo et Ecclesia verdenfi iure pheodali tenuimus, Eidem Episcopo et Ecclesie ad Manus Cenobii distorpe libere resignauimus et sincere. Nec quicquam iuris circa predictam decimam repetendam nobis ammodo poterimus vindicare. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri Mumimine duximus Roborandam. Datum peyne, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXXI<sup>o</sup>.

XXVIII. Der Rath zu Lüneburg befundet, daß Ulrich von der Mühle dem Kloster Diesdorf für die Aufnahme seiner Tochter eine Salzhebung aus der Saline in Lüneburg übereignet habe, am 14. März 1292.

Nos thidericus de monte ad(u)ocatus in Lunenburg, christanus miles, verdewardus, thidericus zabel, herderus, iohannes raplat, andreas, nicolaus de molendino, thidericus volemar, iohannes dicke, Otto herwici, iohannes helmoldi, hartwicus volcmari, eiusdem consules ciuitatis, tenore presentium recognoscimus publice prote-



stantes, quod olricus de Myle vnanimi consilio et consensu omnium legitimorum heredum suorum contulit Ecclesie siue claustro in Distorpe vnum plaustrum salis quolibet flumine tollendum in salina Luneburg in do(m)o Memminghe ad sinistram manum cum ipsa domus intratur in sartagine, que gunchpanne vlgariter nominatur, ut hoc ad emendacionem prebende filie sue erme-gardis, ibidem religioni tradite, Jure perpetuo possidendum. Vt autem hec donatio prefate ecclesie in distorpe a posteris nostris inuiolabiliter obseruetur, presentem paginam memorate ecclesie sigillo nostre Ciuitatis dedimus communitam. Datum Luneburg, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXXII<sup>o</sup>., Sexta feria ante letare.

Nach einer auf Papier geschriebenen etwas beschädigten Abschrift aus dem Anfang des 14. Jahrhunderts.

XXIX. Erich Crucemann verkauft zwei Bissel Kornrente aus Ellenberg an das Kloster Diesdorf, am 17. Mai 1302.

Ego Ericus miles, dictus erucemann, In noticiam vniuersorum christifidelium, ad quos presens scriptum uenerit, uolo deuenire, me libero cum arbitrio et deliberacione bona prehabita vendidisse Domino Aluerico preposito venerabili Monasterii et conuentus sanctimonialium in Distorp, ad usum eiusdem Ecclesie et conuentus, II choros in annuis redditibus in villa Ellenberge, quos habuerat Henricus milde de Saltwedel, vnum chorum et dimidium frater meus et ego dimidium, cum proprietate absque ulla precaria et sine angaria cuiuslibet inpeticionis, Ad-uocacia solum excepta, perpetuo libere possidendos. Debeo eciam esse verus waranda bonorum predictorum, sicut habet cursus vere warandie generalis. Si vero quod absit prefata bona ullam inpeticionem tempore warandie sustinerent, de talibus inpeticionibus exsoluere et quitare teneor antedicta bona, pro quo faciendo intrabunt vna mecum ciuitatem saltwedel Dominus Johannes de Chartowe, miles, Otto de Danneberge et Bernardus de seulenborch XIII noctibus postquam fuerimus requisiti, inde non exituri, nisi eadem bona ab omnibus obstaculis fuerint exsoluta, quod dicti tres obseruandum vna mecum promiserunt extensis manibus data fide. Promissum autem nostrum susceperunt ad usum prefate Ecclesie atque conuentus: Dominus Aluericus prepositus antedictus, Bodo de walfstave et Henricus filius domini Johannis Cha(rtow?) etc. Datum Anno domini MCCC<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>. feria IIII post seruacii . . . . .

Das Original ist stark beschädigt und gegen das Ende größtentheils unleserlich.



XXX. Heinrich, Graf von Lüchow, schenkt dem Kloster Diesdorf das Patronat der Kirche in Schönewitz zu seiner Memorie, am 27. Juni 1302.

Nos dei gracia Henricus, Comes in Luchowe, omnibus tenorem presencium inspecturis — — notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos corde sincero ob salutem anime nostre et omnium parentum nostrorum tam viuorum quam mortuorum, Jus patronatus ecclesie Sneghen in honorem ihesu christi et laudem matris eius intemerate uirginis marie ecclesie in distorp contulimus perpetuo possidendum, vt memoria nostra eo fidelius peragatur ibidem. Ne autem ullus nostrorum succrescentium seu alienorum nostro in domino regnantium, nostrum post discessum, assensum et ratificationem facti nostri supra jus patronatus prelibatum, quod ecclesie in distorp et conuentui contulimus per conamina temeritatis et instancias illicitas presumat contaminare potenter, quod absit, nostri sigilli munimine presens auctenticum nostrum firma tuicione et inconuusa protectione iugiter confirmamus. Huius rei testes sunt Dominus Johannes prepositus in Luchowe, Dominus Rabodo de plote, Dominus heynricus zabellus, Dominus thidericus de dudzinghe, Dominus Heynricus elitzing, Dominus Albertus magnus, milites, wernerus de arneburg, vlricus et hermannus zabelli, Otto de dannenberge, Hoyerus, burgenfes in Luchowe et alii quam plures fide digni. Datum et actum Luchowe, anno dominice incarnationis M°. CCC°. II°. V°. Kalendas Julii.

XXXI. Fraternitätsbrief des Klosters zum heil. Geist bei Salzwedel für Heinrich, Grafen von Lüchow, am 10. März 1303.

Nobili viro et honesto, domino Henrico, Comiti in Luchowe, Albertus prepositus, Johannes prior, Totusque Conuentus fratrum Regularium Ecclesie Sancti spiritus extra muros Saltwedele salutem et pacem in domino sempiternam. Deuotionem, quam ad nos et Ecclesiam nostram geritis ob dei reuerenciam, vt accepimus, affectu sincere caritatis acceptantes, christoque non immerito acceptabile fore credentes piis ipsam beneficiorum spiritualium vicissitudinibus compensare volentes, vos ad vniuersa et singula nostre Ecclesie suffragia, tam in morte recipimus quam in vita, plenam vobis bonorum omnium participationem, tenore presencium concedimus, que per nos nostrosque successores operari dignabitur clemencia saluatoris. Datum Anno domini M°. CCC°. III°. Sexto Idus Marci.



XXXII. Geshhard vom Berge, Ritter, bekundet den Verkauf des Dorfes Hildenssem mit dem Patronat der Kirche daselbst an das Kloster Diesdorf, am 24. März 1303.

In nomine domini Amen. Omnibus hoc scriptum visuris siue auditoris in perpetuum. Gheuehardus de monte, miles, Berta, uxor eius, Seghebandus filius gheuehardi militis iam predicti — volumus — scire vniuersos et singulos, quod nos, volentibus omnibus nostris heredibus et bona consentientibus voluntate, rite et rationabiliter, vendidimus discreto viro Aluerico preposito, yde priorisse Totique conuentui Monasterii in Distorp totalem villam, Hildenssem dictam, cum omni iure et proprietate, videlicet Aduocacia, quoad iudicium maius et minus, cum iure patronatus ecclesie eiusdem ville, decima, campis, agris, cultis et incultis, viis, inuiis, nemoribus, rubetis, paschuis, pratis, Aquis, piscariis et cum omnibus terminis, quibus ipsam villam habuimus et possedimus ab antiquo. Excipimus tamen hinc domini Marchionis . . . . . Domum et Curiam versus occidentem cui adherent quatuor mansi, quam olim inhabitabat Johannes, miles, dictus balch, que semper fuit, est et erit ab onere petitionis exactionis penitus segregata et exempta. Si vero aliquis principum vel hominum plus iuris se forsitan habere diceret in ipsa villa, hoc totum a festo pasche nunc futuro hincinde infra annum et diem tenebimur Domino preposito et suo monasterio disbrigare. Quod si non faceremus, ex tunc cum nostris compromissoribus Militibus et famulis infra scriptis, qui vna nobiscum pro warandia ville promiserunt, tali scilicet, quo pro bonis, dictis lantervegyt obseruari solet, Ciuitatem vlsen intrabimus ad iacendum, non inde exituri, nisi predicta villa ab vniuersis et singulis inpetitionibus et impedimentis sit totaliter disbrigata. Preterea litteras principum procurabimus patentes super proprietate huius ville, prout Domino preposito et suo monasterio dinoscuntur . . . . . Super hiis omnibus et singulis integraliter obseruandis, Nos gheuehardus, miles, de Monte prenotatus Et filius noster Seghebandus famulus, primo, Et nos Heynricus de Monte, Henricus de Serkem, Ottho rone, Fredericus frater eius, dictus baruoth, Conradus de Estorp, Milites, Wafmodus kint, Seghebandus filius Thiderici militis de monte bone memorie, Seghebandus seghebandi filius de monte, Echardus de boyceneborch, Euerardus de . . . . . oden, famuli pro ipsis et cum ipsis domino preposito ad manus suas et sui monasterii Conrado de Boldensele, Paridamo de knesbeke et Hinrico Ribe, militibus, Necnon et nobili viro comiti de Lvchowe, in hiis scriptis, quousque sui copiam habere possimus, simul et singuli in solidum promissimus, fide super hoc prestita manuali. Si quis vero, quod ablit, ex nostris moreretur compromissoribus, nos Gheuehardus vel noster filius Seghebandus cum aliis nostris compromissoribus sex . . . . . infra mensem iterum ingrediemur, non exgressuri, nisi prius ponamus alium equedignum et ydoneum loco sui. Est quoque adiectum vt litteris super proprietate et libertate iam dicte ville a dominis principibus domino preposito et suo Monasterio procuratis et perseveratis et tempore nostre warandie completo erimus omnes et singuli a promissionibus nunc factis liberi et soluti. In premissorum omnium obseruantiam plenariam et perpetuum testimonium presens scriptum domino preposito, qui nunc est et qui fuerit pro tempore, et suo Monasterio Distorp nostris sigillis dedimus insignitum. Datum Lvneburgh, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tercio, Dominica qua cantatur Jvdica me Deus.

Su dem Original ist an sehr vielen Stellen die Dinte völlig erloschen.



XXXIII. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß Margarethe, Tochter Balduins v. d. Knefbeck, ihm zwei Wispel Kornrente Zeit ihres Lebens abgekauft habe; von einem Wispel ist nach ihrem Tode ihr und von dem andern Balduins Jahrgedächtniß zu begeben, am 25. Januar 1304.

Nos Aluericus, dei gracia prepositus, Ida priorissa, totusque conuentus monialium Ecclesie Distorpe recognoscimus publice protestando, Quod Domina Margareta, venerabilis matrona, relicta domini Boldewini dicti de knesbeke felicis memorie, comparauit ab Ecclesia nostra Distorpe duos choros filiginis ad tempora vite sue singulis annis eidem in octaua beati martini Episcopi, aut in Ciuitate saltwedel uel in villa nostra Distorpe in vno locorum predictorum, vbi voluerit presentandos, post cuius vero decessum Conuentui predictae nostre Ecclesie facienda est consolatio refectiua de vno choro predictorum duorum in quolibet Anniuersario Domini Boldewini memorati eternaliter perduranda, Similiter de altero choro filiginis facienda refectiua consolatio in singulis anniuersariis domine memorate nostro conuentui antefato, vt tam eiusdem domini Boldewini quam sue relicte nominate in singulis eorundem anniuersariis amborum memoria, dicto nostro a conuentu, eo studiosus atque deuotius peragetur. Domini vero Boldewini anniuersarius est Idus marcii VII. annis singulis peragendus, sed domine Margarete anniuersarius erit in die sui obitus celebrandus. In cuius rei testimonium euident presens scriptum desuper editum nostrorum munimine Sigillorum duximus roborandum. Testes autem premissorum sunt Dominus Jordanus de Hiddefaker, Dominus wasmodus, Dominus paridam, dicti de knesbeke, Thidericus et Bernardus filii domini wernerii de seulenborch et alii quam plurimi fide digni. Datum in Distorpe, Anno domini M°. CCC°. III°. VIII°. Kalendas februarii.

XXXIV. Friedrich, Bischof von Verden, sichert denen, die den Kirchhof zu Diesdorf besuchen und für die Seelen der Verstorbenen daselbst beten, einen Ablass zu, am 6. März 1304.

Fredericus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus, Vniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, salutem in virginis filio crucifixo. Sollicitudo pastoralis officii nos ammonet, hortatur crebrius et inducit, vt de salute fidelium semper simus solliciti et intenti. Hinc est, quod omnibus vere penitentibus et confessis, qui cimiterium beate virginis et beati Johannis ewangeliste in distorpe, tam in claustro quam extra claustrum circuierint, et in circumeundo orationes suas in memoriam omnium fidelium defunctorum humiliter effuderint, horis vacantibus scilicet, quibus diuinus cultus nullatenus minuatur, semel in die, quadraginta dies, auctoritate dei omnipotentis et apostolorum eius petri et pauli, de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum distorpe, Anno domini M°. CCC°. Quarto, pridie Nonas Marcii.



XXXV. Erich und Johann Crucemann, Gebrüder, überlassen dem Markgrafen Hermann Kornrenten aus Hemmingen für die Bede von Besitzungen in Ellenberg, die sie dem Kloster Diesdorf verkauft haben, am 12. April 1304.

Nouerint christi fideles vniuersi presentem paginam inspecturi, Quod nos Ericus et Johannes fratres dicti cruceman, dimisimus domino nostro Marchioni Hermanno principi glorioso, dimidium chorom in annuis redditibus in bonis nostris Henninge, pro quo relaxauit dictus noster Dominus precariam, que dari solebat de bonis in Ellenberge, que vendidimus Ecclesie et Conuentui in Distorpe, scilicet II choros, Quod dominus Borchardus, de Bertenfleue dictus, aduocatus in Saltwedel, vna nobiscum protestatur nos fecisse, sicut patet in Sigillo suo, quod est cum nostris sigillis appositum presentibus et annexum in testimonium veritatis. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., Die dominica ante Tyburcii.

XXXVI. Graf Heinrich von Lüchow giebt dem Kloster Diesdorf zwei Wenden in Sterle für Besitzungen in Lewitz, am 27. August 1304.

Heynricus, dei gracia comes de luchowe, omnibus presentem paginam uisuris et audituris salutem in domino sempiternam. Nouerint tam moderni quam posteri, quod nos ecclesie et monialibus in Distorp tradidimus duos slanos in villa sterle cum omni iure et proprietate in concambium honorum, que in villa lewize actenus possederunt. Vt autem hec ordinatio nostra stabilis permaneat et firma, presens scriptum sigilli nostri robore solidamus. Testes huius rei sunt: Dominus Johannes prepositus in Luchowe, Dominus Hugo prepositus in snege, Dominus Johannes gans, plebanus in hiddefakere, Dominus Heinricus et dominus olricus zabelli fratres et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Luchowe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., in vigilia sancti Augustini.

XXXVII. Burchard von Walstave schenkt dem Kloster Diesdorf den Zehnten zu Deutsch-Dolslegen, am 25. Mai 1306.

Quum naturalis rationis informat equitas, vt benignitatis obsequia benignioribus reconpensatiuis muneribus reconpensentur, Hinc est, quod ego Borchardus, dictus de walstoue, Miles, affectus benignos sanctimonialium monasterii in Distorp, que meam filiam diuine pietatis intuitu



in suum Collegium corporaliter receperunt, affectuosius ponderans, cupiensque ipsarum officio graciofo graciosius respondere, decimam majorem ac minutam in campo et in villa que dicitur Dhufeschen Dulflege, provt et in quantum fratribus et michi ibidem hactenus competebat, eidem monasterio libere confere, proprietatis titulo possidendam, eorundem fratrum meorum consensu in presenti liberius accedente. In cuius euidenciam in futurum sigillum meum et fratrum meorum domini Sifridi et domini Conradi necnon et consanguineorum meorum de sculenborch, presentibus sunt appensa. Datum Anno domini Millefimo trecentesimo sexto, in die, vrbani Martiris in walfstawe.

XXXVIII. Friedrich, Bischof von Verden, verträgt die Pröpste zu Diesdorf und Döhre wegen des Patronats der Capelle zu Ellenberg, am 8. Juni 1306.

Nos Fredericus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus, disensionem super iure patronatus Capelle in Ellenberge, inter venerabiles viros de disthorpe et dore prepositos habitam, per amicabilem compositionem sedauimus hoc modo, quod hermannus, prepositus de dore, dictam capellam a preposito in disthorpe teneat, sed eo cedente vel decedente, prepositus in disthorpe, qui fuerit pro tempore, personam presentandi pro sua voluntate ydoneam, ad memoratam Capellam liberam habeat facultatem, Jure preposito de dore sepedicto in suo robore firmiter permanente. Datum verde, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Sexto, Sexto ydus Junii.

XXXIX. Henning und Erich Crucemann verkaufen vier Wispel Kornrente aus Ellenberg an das Kloster Diesdorf, am 19. Juni 1306.

Nos Hennigus et Ericus . . . . . dicti cruceman, in noticiam vniuerforum christi fidelium, ad quos presens scriptum peruenit, volumus deu(en)ire, nos libero cum (con)filio et liberatione bona prehabita vendidisse domino Aluerico preposito venerabilis Monasterii et conuentus sanctimonialium in Distorp ad vsu(e) eiusdem ecclesie et conuentus quatuor choros Siliginis in annuis redditibus in villa Ellenberghe fitos cum omni iure et pro(prietate) . . . . precaria et sine angaria cuiuslibet impetitionis, aduocacia solummodo excepta, perpetuo libere possidendos. Hui(us rei testes) sunt Dominus Hennigus de Chartowe et dominus bernardus de schulenborch, milites, Otto de danneberghe, Bodo de . . . . . we et heynricus filius domini henningi predicti militis de Chartowe, famuli, et alii quam plures fide digni etc. — Datum et actum saltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. in die Geruasii et prothasii.

Das Original ist sehr beschädigt und die Abschrift daher nicht vollständig.



XL. Markgraf Hermann übergiebt dem Kloster Diesdorf die Kirche zu Rehfeld,  
am 27. Mai 1307.

In nomine domini Amen. Vt ea, que aguntur in tempore, simul sub temporis decuribus non labantur, neque obliuionis matri, que plerumque errorem inducit, malignandi oportunitas prebeatur; cautum est, vt Scripturarum et testium legitimis roboventur documentis. Eapropter Nos Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, tenore presentium vniuersis ac singulis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, recongnoscimus publice protestantes, quod Proprietatem, que nobis in Ecclesia siue in bonis Ecclesie in Reuelde competere noscebatur, cuius quidem Ecclesie Presentacio ad fratres, scilicet Heinricum et Bertholdum, dictos de Reuelde, spectare noscitur, dedimus, donauimus, damus, donamus et assignamus Monasterio in Distorpp, perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo et cum omni vtilitate tituli proprietatis, prout nos habuimus, Habendam et possidendam, vt ex eo nobis merces in futuro seculo preparetur eterna. Renuntiantes dicte proprietatis iuri, quoad nos et heredes nostros, prout possibile fuerit atque iustum. In cuius rei testimonium euidens presentes litteras dicto monasterio in Distorpp sigilli nostri munimine dedimus consignatas. Actum et Datum Arneburch, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. kalendas Junii, Presentibus Dominis Heinrico de Aluenfleue, Bernardo de Plozek, Heinrico Schenken, Droysekino Dapifero, Slothekino, nostro notario, necnon pluribus aliis Satis Dignis.

XLI. Arnold, Bischof von Havelberg, confirmirt dem Kloster Diesdorf das Patronat der Kirche  
zu Rehfeld, am 11. Juni 1307.

Arnoldus, dei gracia Havelbergensis Ecclesie Episcopus, dilectis ac Religiosis in christo dominabus . . . . . abbatisse . . . . . priorisse totique conuentui Monasterii in distorpp ordinis Sancti augustini, verdenfis dyocesis, cum deuotis oracionibus sinceram in domino karitatem. Iustis petencium desiderijs pium est facilem prebere assensum, et uota, que a rationis tremite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter vestris iustis postulacionibus, ad vestre releuamen inopie, affectuosius inclinati, donacionem et translationem puram et liberam iuris patronatus Ecclesie in uilla Reuelde nostre dyocesis, factam ab illustri principi domino Hermanno, marchione de Brandenborch, de consensu et voluntate libera Henrici et Bartoldi, fratrum, dicti (sic) de Reuelde, ad quos ius presentandi personam ydoneam sine contradiccione qualibet pertinebat, cuius eciam iuris patronatus proprietas ad iam dictum spectabat principem, vobis et vestro cenobio, in quo estis diuino obsequio mancipate, prout per ipsius principis patentes litteras, super dicta donacione et translatione vobis datas, apparet expresse, cum omni iure, dominio et Seruicio, prout habebant, sibi in eo et de eo nichil penitus retinendo, graciose gratam at ratam habemus et habebimus et in domino confirmamus, et ipsam Ecclesiam indulgendo vestro monasterio incorporamus, ut de ipsa agatis et faciatis, prout iuris fuerit et vobis expediens videatur, Saluo



tamen iure prelatorum et aliorum, quorum interest in presenti et in posterum poterit interesse, quibus per dicti principis donacionem et nostram confirmacionem grati et rati habicionem nullum volumus penitus in presenciarum et in posterum preiudicium generari, Sed eos illesos in omnibus conferuare. Vt autem uobis predicta donacio et nostra confirmacio, grati et rati habicio firma et a quolibet permaneant inuoluata, Ac in ipsius evidens testimonium perpetuum, presentes litteras de nostra certa sciencia atque iussu conscriptas vobis damus Sigilli nostri munimine roboratas. Facta est autem hec confirmacio in curia nostra magdeborch presentibus viris domino Gerberto dicto Smuek canonico sancti Sebastiani in Magdeborch, magistro Johanne Gruwelhut, domino alberto de Reuelde plebano in Gorliz, Conrado cappellano nostro, necnon domino Gerhardo milite de wadescinkel, et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc rogatis et vocatis, Anno domini Millefimo Trecentesimo Septimo, in die Sancti Barnabe apostoli, pontificatus nostri anno III<sup>o</sup>.

XLII. Gottfried von Thun, Knappe und Burgmann zu Thun, verkauft dritthalb Hufen in Döhren an das Kloster Diesdorf, am 8. September 1307.

Ego Godefridus famulus, dictus de Tvnis et Castellanus ibidem, Recognosco tenore presentium et protestor, Quod ego de communi consilio et consensu legitimorum Heredum meorum Honorabili viro domino Alverico, preposito in distorp, vendidi duos mansos et dimidium in villa doren Jure perpetuo possidendos Cum tali Jure, quo ego eos Habui et possedi. In cuius facti testimonium prefens Scriptum Sigilli mei duxi munimine roborandum. Datum Tunis, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., In die natiuitatis virginis gloriose.

XLIII. Gerhard, genannt Wolff und von Bezendorf, verkauft dem Kloster Jsenhagen vier Hufen mit ihren Einkünften zu Jubar und neun und eine halbe Hufe zu Ludelsen, am 23. August 1308.

Nos Gherardus, miles, dictus lupus et de betzendhorpe, Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos vnanimi consensu et rati habicione fratrum nostrorum et patrum nostri Hermanni, Honorabili viro domino Johanni preposito totique conuentui in ysenhagen in villa, Jubere nuncupata, uendidimus quatuor mansos, ex quibus proueniunt in reddito Annuali duo quadrantes filiginis et duo quadrantes Auene, et in villa ludelsen nouem mansos et dimidium, ex quibus proueniunt sex quadrantes filiginis, et apud ipsam villam molendinum simul



cum piscatura, de qua provenit chorus filiginis Annuatim, pro viginti et quinque Marcis stendallensis Argenti, una fertone minus, cum omni iure quo possedimus in herede libere usque in hunc diem. Vt autem ecclesia prelibata ab omni heredum nostrorum contradictione et quorumlibet hominum impugnatione libere et quiete possideat bona a nobis uendita iam suprafata, cum proprietate a domino Nicholao comite de Dannenbergh a nobis ecclesie ipsi ysenhagen obtenta, presens scriptum cum sigilli nostri impressione firmiter protestamur, Nec non ad cautelam huius rei certiorum manu ad manum firmiter promittimus bona fide tam nos Gherardus miles, et hermannus frater eius dicti lupi, quam amici nostri speciales, scilicet Dominus Johannes cruce man miles, Bodo et Sifridus, fratres dicti de walltophe, quorum sigillis presens pagina plenius certificatur. Quod factum ut stabile et ratum permaneat, Comes Henricus de Lvehowe, Dominus Thidericus de Sculenborch, Dominus Lvdolphus de wendhen, Dominus Henricus ploto, milites, Henricus de bodenstede, Honerus de knesbeke, Domicelli, Henricus de brome, burgenis in Saltwidele, huius rei sunt testes, et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. octavo, In vigilia beati Bartholomei Apostoli.

XLIV. Otto, Herzog von Brannschweig, schenkt dem Kloster Diesdorf elf Höfe in Lydheren und bei Wllesfen, am 1. November 1308.

Omnibus christi fidelibus presentium litterarum nostrarum auditoribus et visoribus vniuersis Dei gracia Otto, Brunswicensis et in Lüneburg dux, Salutem perpetuam in domino. Nouerit vniuersitas vestra et vniuersitatis singularitas, Quod Nos de Consensu et ratihabitione omnium Heredum nostrorum donamus libera iusto proprietatis titulo perpetuo, Monasterio et Conuentui Diefdorpe bona Lydheren, videlicet Sex Curias et quinque alias Curias sitas iuxta Wllesfen, de omnibus Aduocatiis, Justitiariis, Tributariis et aliis obuentionibus et prouentibus, quibus nobis soluendis dicte vndecim curie hactenus fuerant obligate, Ita dumtaxat quod nobis dictum Monasterium et conuentus persoluat singulis annis deinceps ex dictis Curiiis vndecim marcas denariorum, id est ex qualibet ipsarum in Pascha octo solidos et in Natiuitate domini Octo solidos pro annua pensione. Datum in Castris Blekede, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VIII, die Omnium Sanctorum.

XLV. Graf Heinrich von Lütchow schenkt seinen Verwandten im Kloster zu Diesdorf einen Wispel jährl. Roggenpacht aus Schnehen, am 25. Juni 1313.

In nomine domini amen. Omnibus christi fidelibus presentis littere inspectoribus, auditoribus siue lectoribus, Dei gracia Henricus, Comes de Luchowe, affectuosam ad omnia volum-



tatem et rem gestam memoriter retinere, Ad noticiam tam presencium quam futurorum omnium cupimus pervenire, quod de pio bone voluntatis arbitrio dilectis nostris consanguineis videlicet Conegunde priorisse ac Gherbergh dictis de Luchowe, Gherbergh ac Mechtildi dictis de woldenbergh, religiosis et professis cenobii Sancte marie in Distorp, ob caritative dilectionis vinculum et beneficium, ad melioracionem prebende predictarum, damus et assignamus vnum chororum filiginis ad tempora vite, jure proprietatis et libertatis nos contingentem, in villa Sneghe fitum et locatum in curia cuiusdam dicti Crateke dando et presentando annis singulis cuiuslibet festi Michaelis sine aliqua recusacione, prout nos hactenus libere et sine impetitione qualibet possidemus et quiete. Preterea quamdiu prenarrate nostre consanguinee in vita persisterint corporali, sic predictum chororum filiginis porcione simili inter se et debita optineant diuidendo. Quecunque autem ex personis iam tactis ab hoc seculo migraverit uel migraverint, relique permanentes sepedictum chororum pro vtilitate et profectu integraliter optinebunt. Cum autem prememorate religiose carnis exsoluerint debitum vniuerse, extunc ob reuerenciam beate virginis marie et elemosinarum largicionem sepedictum chororum filiginis ad officium custodie predicti cenobii sub forma prescripta presentibus resignamus pacifice et absque inquietacione perpetuis temporibus in domino iugiter possidendum. Ne autem Hoc factum quisquam audeat aut valeat impetere quoquo modo pro obseruan(cia) predictorum plenaria euidentis nostrum Sigillum presentibus duximus apponendum. Datum et actum sub tutoribus et prouisoribus domino Thiderico preposito ac domina Conegunde priorissa dicti Cenobii Distorp, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>., Die Secundo Natiuitatis Johannis Baptiste.

XLVI. Dietrich, Bernhard und Werner, Gebrüder von der Schulenburg, Ritter, bekunden, daß vor dem Burggericht zu Saltwedel Johann Eickhorst seinen Hof zu Eickhorst mit seinen Zinsen und Gefällen dem Kloster Diesdorf aufgegeben habe, am 15. April 1315.

Ad futuram rei geste memoriam. Nos Thidericus, Bernardus necnon wernerus, fratres et milites, dicti de sculenboreh, vniuersis presenciam visuris vel auditoris affectum seruiendi sincerum. Nouerint igitur inspectores presencium vniuersi, quod protestamur, Johannem dictum eickhorst petisse coram nobis ante castrum Saltwedel et dixisse, quod cum bona voluntate et libero arbitrio vendidisset Discreto viro domino Theoderico, quondam preposito sanctimonialium in Dyftorpe, vnam Curiam in villa eickhorst ad sinistram manum introitus ville, in qua moratur quidam nomine bruno, ipsam vero curiam soluentem annis singulis quinque quadrantes filiginis, qui in vigo dicuntur wychemthen, et vnum porcum valentem octo solidos monete leuis et quatuor solidos Crucepeminge cum aduocacia et cum omni iure, prout pater suus et ipse post obitum patris sui longeuus temporibus possederunt. Protestamur nichillominus ipsum dixisse, quod vellet esse dictorum bonorum thiderico prefato verus waranda pre omnibus et contra omnes, qui possent vel intenderent impugnare. Ceterum recongnoscimus, quod falsus fuerit Idem Johannes, quod decimam minutam, que posset cedere annuatim de curia supradicta, non vendidisset, sed claustrum Dyftorpe



deberet ad suos vsus, sicut dudum optinuit, specialiter optinere. In cuius testimonium vendicionis recognicionis figilla nostra et figillum domini bartoldi quondam notarii, qui vendicionem premiffam nobiscum personaliter audiuit, presentibus sunt appensa. Actum et datum Saltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>., In craftino beatorum martirum Thiburei et valeriani.

**XLVII. Vertrag zwischen den Klöstern Winhusen, Dambeck und Diesdorf wegen der Befegung der Pfarre zu Medebeke, vom 6. Juli 1315.**

..... fuisset questio et dissensio anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>. de presentanda persona Inter conuentus sanctimonialium videlicet ..... Distorp atque Dambeke quorum interest ad ecclesiam in villa Medebeke personam idoneam presentare Nos theodericus prepositus in ..... Johannes prepositus in distorp ac Johannes prepositus in Dambeke, tunc temporis huiusmodi dissentioni futuris temporibus vacante predicta ecclesia ..... Secundus secundo, Tercius tercio ac sic perpetue recipiendo personam debeat ad eandem ecclesiam presentare, Annuentes conuen ..... primam, Deinde conuentui in distorp secundam Ac tercio conuentui in Dambeke persone presentationem etc. — Actum et Datum sub anno domini prenotato, In octauo apostolorum petri et pauli.

Aus einem, bei dieser Urkunde liegenden, wahrscheinlich von einer Nonne geschriebenen alten Zettel, auf dem die Worte: „Vordracht zwischen den Klostren winhusen, Dystorp vnd Damke von wegen vorordening Des pastorn tho medebeken, Dat. MCCCXV“ stehen, geht hervor, daß der dritte contrahirende Theil, der jedesmal in der sehr defecten Urkunde fehlt, das schon in der Ueberschrift erwähnte Kloster Winhusen ist.

**XLVIII. Markgraf Johann unterjagt seinen Bögten zu Saltwedel, das Kloster Diesdorf wegen seines Dorfes Danksen zu beschweren, am 21. Juli 1315.**

Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, vniuersis suis Adnocatis in Saltwedele constitutis et constituendis salutem et omne bonum. Monasterium Distorpe in aduocacia ville sue Dankgtesse nullatenus molestare de cetero presumatis, si nostrum amorem vobis subtrahi nolueritis et fauorem. Datum Euerfwalde, Anno domini Millefimo CCC<sup>o</sup>. quinto decimo, vigilia beate Marie Magdalene, in nostra presenciam.



XLIX. Das Kloster Wolmerstedt erwidert dem Kloster Diesdorf die Aufnahme in seine Fraternität, am 8. November 1315.

Dilecte Sibi in christo priorisse totique Conuentui sanctimonialium in distorp, vre abbattissa necnon omnis conuentus in wolmerstede orationes in christo deuotas. Ad nostram creberime peruenit noticiam, non solum a notis verum eciam ab alienis, vos cooperante vobis spiritus sancti virtute, conuersationem sanctam, vitam laudabilem ac religiositatem ducere condecemtem, quod cordibus nostris inestimabilem spiritualis gaudii dulcedinem generauit. Ex relatu ergo domini nostri prepositi didicimus, nos vna cum eodem in vestre fraternitatis consorcium, vt speramus, esse receptas, pro quo vestre honestatis industrie graciaram actiones referimus multiformes, vicissitudinem refundentes, Quod eciam vos participes esse cupimus Missarum, vigiliarum, Castigationum, ieiuniorum, orationum, elemosinarum, largitionum, necnon omnium bonorum, per nostram fragilitatem factorum perpetue, et quamdiu gracia christi nos conseruauerit, presentibus profitemur. Datum wolmerstede, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XV., In die quatuor coronatorum.

L. Dietrich und Heinrich von Dannenberg, Knappen, verkaufen das Dorf Wulmersen an das Kloster Dambeck, am 8. September 1318.

In Nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Theodericus et Hynricus, fratres et famuli, dicti de Dannenberghe, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod nos cum consilio amicorum et cum consensu legitimorum heredum nostrorum vendidimus villam wulmersen Claustro in Dambeck, verdenfis Dyoecsis, iusto emptionis tytulo perpetuo possidendam pro centum Marcis duabus minus Stend. argenti, Cum omnibus suis iuribus et pertinenciis Maioribus et minutis, scilicet in agris cultis et incultis, in palchuis, in lignis, in agris ac vsuagiis, in boscho et in plano, sicut ad nos Jure Hereditario dinoscitur diuoluta, et sicut usque in presens tempus quiete possedimus, Responsuri omnibus et singulis iustis inpetitionibus, que exorte fuerint super predicta villa infra annum et VI ebdomadas e tempore nostre venditionis secundum iusticiam taliter warendando. Quam pecuniam profitemur nobis complete perfolutam ac in nostros vsus conuersam, prout nobis pariterque amicis et fautoribus videbatur expedire. Ceterum eciam ad procurandam proprietatem super eadem villa predicto Claustro et suis pertinenciis ab eo, cuius dare interest absque contradictione et excusatione qualibet, infra duos annos, numerandos a festo sancti Martini nunc instante, obligauimus et in hiis scriptis obligamus nos predicto claustro et nostros amicos in solidum videlicet dominum Theodericum de Sculenborch, Militem, ambos bodones de waltowe, fredericum de Dannenberghe fratrem nostrum, Hynnyghum de Gartowe, famulos, ac Theodericum Godsculfe Ciuem in soltwedel, per sollempnes stipulationes et fidei procuracionem in Manibus domini Jo. prepositi in Dambeck, domini Ber. perpetui vicarii in soltwedel, necnon honestorum militum B. ac w. fratrum de sculenborch



compromittentes, Si quod abit infra prelibatum tempus proprietatem in litteris dicto Monasterio non procurauerimus, expletis duobus annis, omnes simul et quilibet singulariter requisitus, nullus alium expectando vel per alium seu alios excusando, Ciuitatem Soltwedel intrabimus, nunquam exituri, donec dicto claustro de premillis in toto fuerit satisfactum. Si vero ex nostris fideiussoribus interea quispiam de medio sublatus fuerit, loco sui alium eque fide dignum infra mensem a die obitus sui numerandum dabimus. Quem predicti scilicet prepositus dominus B., dominus B., dominus W. de Sculenborch duxerint acceptandum, aliter mense expleto cum nostris fideiussoribus ciuitatem Soltwedel predictam intrabimus, ibi mansuri, donec factum fuerit, sicut est premissum. Testes huius venditionis ac emptionis et pecunie perfolutionis ac nostre compromissionis per sollempnes stipulationes, obligationes in solidum ad omnia et singula facienda sunt honorabiles viri Dominus Rod. prepositus in Soltwedel, Dominus Siffridus de Sculenborch, prepositus domus sancti spiritus extra Myros ibidem, Dominus Hugo prepositus in Snegha, prelati et clerici, Necnon Dominus Hynnighus Cruceman, miles, ambo Siffridi de Walfstowe, ac Gebhardus de Dannenberchge, famuli, et alii quam plures fide digni. In cuius rei euidentiam presens scriptum nostris sigillis ac fideiussorum procurauimus consignari. Actum et Datum Soltwedel, anno Domini M<sup>o</sup>. CCC. Decimo octauo, In festo Natiuitatis sancte Marie virginis Glorioso.

LI. Verschreibung des Klosters Diesdorf für die jedesmalige Vorsteherin des Caritäten-Amtes über einen Bissel Kornrente, vom 1. August 1319.

Nos borchardus, dei gracia prepositus, Mechtildis priorissa totusque conuentus sanctorum monialium in distorpe Ad omnium noticiam, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, cupimus esse notum, Quod unanimes consensu et bona voluntate assignamus vnum chorum filiginis ad manus domine illius, quecumque preest officio nostre caritatis. Quem prefatum chorum filiginis sibi presentabimus de nostro granario quolibet anno in festo beati martini recipiendum omni occasione postposita, Pro illis septem quartalibus filiginis que actenus in ordorpe perceperat et possedit. Et ut presens factum ac commutatio a nullo prepositorum nostrorum infringi possit, Hanc litteram nostris sigillis fecimus communiri. Datum anno dominice incarnationis, M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX., in die beati petri ad vincula.

LII. Gebhard und Friedrich von Dannenberg, Gebrüder, verkaufen dem Kloster Diesdorf Wendische Höfe im Dorfe Winkelftedt, am 6. August 1319.

Quoniam ea, que in tempore geruntur et ordinantur, simul cum tempore labantur et deperant, nisi testibus ydoneis ac litteris debitis firmiter solidantur, Nos ergo Gebhardus et fredere-



ricus, fratres, de dannenberghe dicti, Cupimus ad vniuersorum noticiam presentia intuentium lucidius peruenire, quod nos de maturo nostro consilio seu heredum nostrorum consensu et arbitrio honorabili viro domino borchardo in distorpe preposito ad manus et vsus sanctimonialium claustrum eiusdem in villa winkelftede duos flauos nostros subditos, scilicet bernardum et richardum in duabus Curias ibidem residentes, duos mansos colentes, de quibus ambo VI marcas denariorum vsualis monete, duos porcos valentes XVI solidi eiusdem monete, VIII pullos, VIII caseos, XL oua et XL ristas vlasses, quod in wlgō sic dicitur, predicto claustro singulis annis ministrabunt, pro LXXII marcis saltw. denariorum, Cum vniuersis ceteris prefatis mansis adiacentibus, videlicet aquis, pratis, pascuis et nemoribus, cum aduocacia et cum omni iure, quemadmodum hactenus possidebamus, iusto vendicionis titulo rationabiliter vendidimus absque omni inpeticione quiete et pacifice in perpetuum possidenda. Pro ampliori huius rei certitudine et cautela dilecti nostri fratres thidericus et hinricus de dannenberghe, famuli, nobiscum data fide in solidum promiserunt hec omnia rite obseruanda. Huius rei testes sunt bernardus et wernerus, fratres, dicti de sculenborch, milites, bodo de walfstoue in castro saltwedel Castellanus, hunerus de knesbeke, famuli, et alii quam plures fide digni. Ne autem nostra vendicio in posterum alicuius malignantis rancore infringi poterit uel uiolari, presentem paginam super eo conscriptam per appensionem nostrorum sigillorum siue nostrorum compromissorum et Testium duximus validius roborandam. Datum Saltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., in die beatorum Sixti felicissimi et agapiti martirum.

LIII. Walthar, Edler von Dorstadt, und sein Sohn Burchard vereignen dem Kloster Diesdorf das Eigenthum zweier Höfe zu Winkelftedt, am 16. August 1319.

Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod nos waltharus de Dorstat, nobilis, et borchardus, noster filius, consensu nostrorum heredum quorum interest vnanimi accedente, donauimus et presentibus libere donamus, honorabili viro domino borchardo preposito, mechtildi priorisse totique conuentui monasterii sanctimonialium ordinis sancti augustini in Distorpe, ob remedium et salutem animarum nostrarum nostrorumque parentum, proprietatem duarum curiarum in villa winkelftede sitarum cum duobus flauis in eisdem residentibus, quas quidem curias Gheuehardus et fredericus filii bone memorie henrici militis de dannenberghe a nobis in pheodo tenuerunt. In huius rei euidenciam et perpetuam memoriam dedimus presens scriptum nostris sigillis firmiter communitum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., In crastino assumptionis beate marie virginis.



LIV. Das Kloster Diesdorf verkauft eine Mark aus dem Dorfe Winkelstedt zu dem Richte der Kranken des Conventes, am 29. September 1320.

Omnibus presens scriptum cernentibus volumus esse notum, Quod nos Borchardus prepositus in Dyrtorp, Mechtlydis priorissa Totu(s)que Conuentus sanctimonialium ibidem vendidimus libero arbitrio et vnanimi consensu vnam marciam denariorum in villa winkelstede ad luminare infirmarum pro decem marcis denariorum. Quam summam absque vlla reclamatione singulis annis procuratrix infirmarum recipiet in festo (Mar)tini Episcopi, quousque cenobium nostrum durauerit domino protegente. Ne igitur super hoc facto aliqua calumpnia siue dubitatio tam modernorum quam futurorum oriatur, hanc paginam fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione roborari. Testes huius facti sunt dominus Hermannus vicarius in knefbecke, dominus Hinricus plebanus in Abbendorp, veseke famulus noster et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., In die sancti Mychaelis Archangeli.

LV. Dietrich und Heinrich Gebrüder von Dannenberg verkaufen dem Kloster Diesdorf alle ihre Besitzungen zu Winkelstedt, am 5. October 1320.

Quoniam propter varias mutationes temporum et instabilitates presentis seculi ea, que in tempore ordinantur et geruntur, non sufficiunt litterarum karactere et sufficienti testimonio ad plenum lucidius roborari, Nos ergo Thidericus et Hinricus, fratres, dicti de Dannenberghe, in hiis Scriptis recognoscimus, nos de maturo nostro consilio et libero arbitrio Omnia, que de bonis in villa winkelstede habuimus cum ipsorum prouentibus et omnibus attinenciis siue adiacentibus scilicet aquis, pratis, paschuis, agris, campis et nemoribus, cum aduocacia et cum omni iure, quemadmodum hactenus possidebamus, Discreto viro Domino Borchardo preposito sanctimonialium in distorpe ad manus . . . vsus eiusdem claustris et conuentus pro Centum marcis et Septuaginta sex marcis leuium denariorum iusto venditionis titulo rationabiliter vendidimus, absque omni inpetitione minus sana quiete et perpetue possidenda. In horum omnium euidentis testimonium, nos vna cum nostris amicis subscriptis videlicet Georgio de Hidzaker, awnculo nostro, et bernardo de sculenborch militibus, Geuehardo et frederico nostris fratribus de Dannenberghe dictis, Georgio de hidzaker, awnculo nostro, famulis, et Thiderico gotfcalci Cive in Saltwedel in solidum data fide promissimus dicto domino borchardo preposito, quod hec memorata bona domino preposito et conuentui per annum et diem absque omni inpetitione et impedimento warandare et inuolabiliter conseruare debeamus. Ne autem super eo nostra vendicio in posterum alicuius malignantis rancore infringi poterit uel violari, presentem paginam super ea conscriptam per appensionem nostrorum sigillorum ac nostrorum compromissorum predictorum duximus validius roborandam. Datum Anno domini Millefimo Trecentesimo vicesimo, Dominica die post Diem Beati Michahelis archangeli.



LVI. Wolter von Dorftat und sein Sohn Borchard vereignen dem Kloster Diesdorf das ganze Dorf Winkelftedt, am 5. October 1320.

Nos wolterus de Dorftat, Nobilis, borchardus Noster filius, volumus ad vniuersorum Noticiam, ad quos presens scriptum deuolutum fuerit, expresse peruenire, quod Nos cum consensu et arbitrio nostrorum heredum, ob reuerentiam et Honorem ihesu christi et eius sanctissime matris marie necnon ob remedium et salutem animarum nostrorum progenitorum et nostrarum siue nostrorum successorum proprietatem tocuis ville winkelftede, quam Geuehardus et fredericus, Thidericus et Hinricus, fratres de Dannenberghe dicti, filii Hinrici militis dicti de Dannenberghe pie memorie, a nobis in pheodo tenere sueuerunt et habere, Discreto viro domino Borchardo, mechtildi priorisse totique conuentui monasterii sanctimonialium ordinis sancti Augustini in Distorp donauimus presentibus libere et donamus. In cuius rei euidentis testimonium presentes litteras super eo dedimus nostris Sigillis lucide roboratas. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., Dominica die post diem sancti Michahelis Archangeli.

LVII. Agnes, Herzogin zu Braunschweig, überläßt dem Kloster Diesdorf die Vogtei über das Dorf Hohen-Grieben und einen Hof zu Eikhorst, am 18. October 1320.

Omnibus hoc scriptum cernentibus innotescat, quod Nos Agnes, dei gracia Ducissa Brunswiccenfis, propter deum et salutare Remedium animarum nostre progenitorumque nostrorum sexus vtriusque dedimus et presentibus litteris sollempniter donamus personis in christo deuotis, Priorisse et Conuentui sanctimonialium in Distorp, presentibus et futuris, aduocatiam ville Hogen-griben cum omni commodo et iure, sicut nostra fuit, necnon aduocatiam vnus Curie in villa Eikhorst, quam etiam Illustris princeps clare memorie dominus Johannes, quondam marchio Brandenburgensis, noster germanus, dicto monasterio prius vendidit et donauit, sicut eiusdem littere luce clarius protestantur, nichil nobis et nostris successoribus iuris, quam precariam communem in dicta Curia et super quatuor choros in villa prehabita referuantes. In restaurum tamen huius nostre donationis ex parte dietarum sanctimonialium nobis quindecim marce argenti brandenburgensis sunt per honorabilem virum dominum eiusdem monasterii prepositum integraliter persoluite. Huius facti testes sunt Princeps magnificus dominus Otto dux Brunswiccenfis, noster conthoralis dilectus, Borchardus, Guncelinus et bulfo de Bertenfleue, Bernardus de Schulenborch, milites nostri, bodo de walltoue et Hunerus de knesebeke, armigeri, cum pluribus aliis fide dignis. In cuius Rei testimonium nostrum sigillum vna cum sigillo predicti principis est appensum. Actum et Datum Saltwedele, per manum Hermanni de Luchowe nostri Notarii, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., die sancti Luce.



LVIII. Burchard und sein Sohn Burchard, Günzel und Werner von Bartenleben, Gebrüder, überlassen dem Kloster Diesdorf den Lehnsbesitz des Dorfes Hanum, am 9. Juni 1321.

Borchardus senior et borchardus, filius eius, Guncelinus et wernerus, fratres, milites, dicti de bertenfleue omnibus hanc litteram videntibus et audientibus salutem in omnium saluatore. Notum esse volumus vniuersis, quod de communi consensu omnium legitimorum heredum nostrorum vendidimus domino suidero et ecclesie sanctimonialium in distorp villam hanem liberam cum omnibus et attinentiis et prouentibus, cum precaria, cum aduocatia, cum proprietate, cum lignis, cum pascuis et cum omnibus terminis suis, qui nominari possunt et sicut eam habuimus, sub hac forma, videlicet quod dictus prepositus et ecclesia recipient nostras tres filias in claustrum suum in habitu spiritali ad domino seruiendum sub expensis et clenodiis dicti prepositi, et pro LX marcis puri argenti, quas nobis dictus prepositus in parato amicabiliter presentauit. Nos quoque uolentes dictam ecclesiam in omnibus promouere super qualibet impetitione prestamus warandiam atque certitudinem dicte ville, sicut iuris fuerit, sub nostrorum testimonio sigillorum. Huius uero nostri facti testes sunt Gunterus de bertenfleue, bernardus de seulenburg, milites, et bodo de walltove et hunerus de knefbecke, famuli, et plures alii fide digni. Actum anno domini M°. CCC°. XXI°. in die primi et feliciani martirum beatorum.

LIX. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem Kloster Diesdorf das Dorf Hanum eigenthümlich, am 14. Juni 1321.

In nomine domini amen. Dei gracia Otto, Dux in brunefwich, omnibus in perpetuum. Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore, Expediit vt scriptis et testibus roborentur. Hinc est quod notum facimus tam presentibus quam futuris, Quod ob remedium anime nostre et animarum omnium progenitorum nostrorum proprietatem ville Hanum cum omnibus suis pertinenciis, villis, Campis, Siluis, pratis, pascuis, areis, aquis, molendinis ac aliis omnibus pertinenciis, quocunque uocentur nomine, donauimus et cum sollempnitate debita donamus . . . preposito et Sanctimonialibus in Distorp libere et perpetue possidendam, renunciantes pro nobis et nostris heredibus omni Juri, quod in dicta proprietate habuimus vel nobis posset competere in futuro. Vt autem hec nostra donatio rata permaneat et posteris innotescat, presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine firmiter roboratum. Testes eciam sunt gyncelinus, wernerus et boffo de bertenfleue, Hinricus de bonencen et ludolfus de Hollege, milites nostri et quam plures alii fide digni. Actum et Datum brunefwich, Anno domini M°. CCC°. uicesimo primo, In Octaua penthecostes.



LX. Agnes, Herzogin von Braunschweig, übereignet dem Kloster Diesdorf das Dorf Hanem, das von ihr zu Lehn geht, am 14. Juni 1321.

In nomine domini amen. Dei gracia Agnes etc. — — Hinc ergo est, quod cum honesti milites nostri de bertenfleue villam Hanem, quam a nobis in phecdo tenuerunt, facta per eisdem resignatione sollempni, donarent sacrosanctis in christo sanctimonialibus claustris dyltorpe presentibus et futuris, cum omni fructu lignorum, agrorum, pascuorum ac omnium prouentuum, iudiciorum, seruitiorum, personalium et realium, cum aduocacia et plane omnium attinentium, sicut ipsi habuerunt, cum precaria denariorum et frumenti tota, ita quod nichil inibi reseruauerunt; Nos precibus dictorum militum nostrorum deuicte, ob remedium salubre animarum nostre ac progenitorum nostrorum, dedimus et presentibus damus donatione sollempni dictis sanctimonialibus proprietatem prefatam, cum omni libertate dicte ville ac attinentium omnium, licet de aliquo specialis esset mencio facienda, Renunciantes omni iuri, si quod nobis ad bona eiusdem ville posset cedere in futurum, ex causa quacunque. Huius rei testes sunt ludolfus de honlage, bertoldus de veltem, milites, thidericus prothonotarius Illustris d(omini) Ottonis du(cis) brunswicensis conthoralis . . . . . fide dignis . . . . . nostrum sigillum presentibus est appensum . . . . . et Datum Brunswi(k) per manum? Hermanni de luchowe nostri Notarii . . . . . M<sup>o</sup>. . . . . Octaua Penthecostes.

Die Urkunde ist größtentheils durch Moder zerstört, namentlich im Anfange und am Ende.

LXI. Das Kloster Diesdorf vergleicht sich mit den Conventualinnen Heilwig und Margarethe von Stefow über zum Siechenamt gewidmete Hebungen, am 2. November 1361.

Suiderus, dei gracia prepositus, mechtildis priorissa Totusque conuentus sanctimonialium in distorpe omnibus hoc scriptum visuris et auditoris salutem in uirginis filio benedicto. Noscant homines presentis temporis et futuri, quod due carnales sorores, videlicet heylewich et margareta dicte de stefow, moniales nostri conuentus, temporibus domini thiderici prepositi, predecessoris nostri, a nostro claustro ad officium infirmarum dominarum de redditibus nostre ecclesie pro decem marcis brandeburgensis argenti ex elemosina collectis, vnum chorum filiginis perpetuo compararunt. Tempore transacto, dum nostra ecclesia preposito careret et magnam vsuram committeret cum iudeis, dicte due sorores ex informatione domini borchardi de bertenfleue, bodonis et hemponis de knesbeke, militum, Conradi Kron burgenfis in soltwedele, ne dicta ecclesia per iudeos maius periculum sustineret, viginti marcas probati argenti pro aliis duobus choris filiginis annis singulis perpetuo in villa echorst recipiendis ad dictum officium exponebant, Sed conqueste multum coram nobis, quod in recipiendo dictam filiginem essent sepius et grauiter impeditae; vnde ut sine omni impedimento possent recipere filiginem antedictam predictum contractum ad manus nostras per omnia resignarunt. Nos igitur dictum contractum fideliter examinando



bonis beneferi volentes, et ne dicte domine sorores ex earum beneficio, quod fecerunt, aliquod grauamen sustineant, sed profectum, dictis sororibus immo pro tempore procuratricibus infirmarum dominarum, ex communi voluntate nostri capitali et consensu statuimus ac perpetuo assignamus dari annis singulis in festo beati martini Episcopi cum duarum marcarum lüneburgensium denariorum redditibus in villa winkelstede duos choros siliginis, vnum de nostro granario sine obstaculo, et secundum de duobus mansis in villa distorp, quos nunc colit hinricus danemari caupo, quem secundum chorum, si bono modo non possunt habere, de nostro granario secundum Chorum recipient sicut primun. Huius nostri facti stabilitatem legitimam ostendentes nostrorum munimine sigillorum, Actum anno domini M°. CCC°. XX°. primo, sequenti die omnium sanctorum.

LXII. Ritter Balduin von Wenden und seine Frau Margarethe, Mutter Paridam's, Anno's und Wasmod's von dem Kneesebeck, begeben sich ihrer Rechte an den Gütern in Dulseberg, die Anno von dem Kneesebeck an das Kloster Diesdorf verkauft, am 23. April 1322.

Nos Boldewinus de wenden, miles, et Margareta mea vxor, mater paridam, Anne et Wasmodi, fratrum, de knesebegke, honorabili viro preposito, priorisse totique Conuentui monasterii in Distorpe notum facimus et omnibus hoc scriptum visuris publice recognoscimus et protestamur, Quod Nos vobis vestroque Claustro dimittimus illa bona sita in Dulseberge, vobis vendidit et dimisit Anno de knesebegke famulus, vobis dimittimus et resignamus Cum omni iure libere possidenda. In cuius rei euidenciam presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. XXII., in die beati georgii martiris.

Nach einer vidimirten Abschrift, worin wahrscheinlich hinter dem Worte Dulseberge Mehreres ausgelassen ist.

LXIII. Heinrich, Albrecht, Ernst und Otto von Dannenberg verzichten auf alle Besitzungen zu Winkelstedt zum Vortheil des Klosters Diesdorf, am 28. Juni 1322.

Nos hinricus, albertus, Ernestus et Otto, fratres, dicti de dannenberche, omnibus, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, in omnium saluatore salutem. Recognoscimus tenore presentium protestando, quod cum consensu et vnanimi voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus ecclesie sanctimonialium in distorp omnia bona nostra, que habuimus in villa winkelstede de patrimonio nostro, videlicet vnum mansum et dimidium, vnus porci redditus de manso cum pullis et ouis et caseis et lino, cum aduocatia et omni iure, quo nos vsi fuimus in predictis bonis, in pacuis, in pratis, in aquis, in riuis, in campis, in siluis, cultis et incultis, de quibus



mentio potest esse, volentes dictam ecclesiam eripere ab omni impetitione, sicut iuris est, si qua ex predictis bonis poterit suboriri, Prestamus etiam warandiam dicte ecclesie sub sigillorum testimonio subscriptorum videlicet patruorum nostrorum frederici, Geuehardi, Hinrici, Thiderici de dannenberche. Actum distorpe, anno domini M°. CCC°. XX°. secundo, in vigilia beatorum apostolorum petri et pauli.

LXIV. Das Kloster Diesdorf befundet, wie gewisse von vier Nonnen und einem Priester in Winkelftedt gekaufte Pächte verwendet werden sollen, am 28. Juni 1322.

Suiderus, dei gracia prepositus, mechtildis priorissa totusque conuentus sanctimonialium in distorp omnibus in perpetuum. Ad noticiam tam presentium quam eciam hominum futurorum cupinus peruenire, quod domina agnes, Elyzabeth, dicta roffac, margareta de lüneborg filia reynoldi, et sophia de gardelaghe, nostri claustrii moniales, Emerunta hinrico de dannenberg et a suis fratribus videlicet alberto, Ernesto et ottone, pro XXX maris lüneburgenfium denariorum in villa winkelftede vnum mansum pertinentem ad vnā domum, cum villa intratur ad dextram manum, a quo manso dantur tres marce denariorum lüneburgenfium annuatim, de quibus tribus marcis annis singulis duas accipient ad tempora vite sue predicte quatuor moniales, quia dictos redditus suorum consanguineorum auxilio et elemosina compararunt, De tercia vero marca soror margareta textrix in hospitali habebit octo solidos annuatim, domina cristina ibidem quatuor solidos et filia eius Konegundis soror nostri allodii quatuor solidos recipiet annuatim quelibet ad tempora vite tantum. Defunctis predictis cuiuslibet pars reddituum predictorum ad uoluntatem procuratricis caritatis omni occasione postposita transiet in quatuor sabbata aduentus domini ad consolationem omnium monialium specialem. Protestamur etiam, quod dominus thidericus roffac sacerdos pro salute anime sue in Eadem villa winkelftede emit sedecim solidos lüneburgenfium denariorum perpetuo annis singulis ad dictum officium caritatis. Summam autem dictorum reddituum prepositus, qui fuerit pro tempore, annis singulis in festo sancti martini Episcopi de dicta villa per seruos suos ad dicte caritatis officium dei intuitu ordinabit. Datum sub nostris sigillis anno domini M°. CCC°. XX. secundo, in vigilia apostolorum petri et pauli.

LXV. Dietrich, Bernhard und Werner von der Schulenburg, Ritter, versprechen dem Kloster Dambeck das Dorf Wolmersen zu resigniren, sobald es dem Kloster vereignet sein wird, am 14. September 1322.

Nos thidericus, Bernardus et wernerus, milites, et fratres dicti de Sculenborech omnibus hanc litteram visuris uel audituris recognoscimus in hiis scriptis, Quod villam wolmersen



cum omnibus suis attinentiis videlicet aduocatia, pascu porcorum, lignis cremabilibus et fructiferis, seruiis et hospitiiis, quam dominus Bartoldus dictus scriptor suis elemofinis emit et comparauit ad altare omnium sanctorum in claustro Dambeke erectum et dotatum, warandabimus bona fide ad bonum predicti claustri Dambeke, donec ab honestis famulis Thiderico et hinrico, fratribus, dictis de Dannenberge, a quibus dictus dominus Bartoldus emit villam prefatam, claustro proprietate ordinatur; proprietate vero ordinata ab illis de dannenberge et eorum fideiussoribus sepedictam villam resignabimus, dum a preposito et sanctimonialibus in Dambeke primo fuerimus requisiti. In cuius testimonium presentibus nostra sigilla sunt appensa. Datum Saltwedele, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>., in die exaltationis sancte Crucis.

LXVI. Drochtleuus und Lippold von Döhren verkaufen die Hälfte des Dorfes Linthof und der Mühle zu Möllenbeck an das Kloster Diesdorf, am 1. Dezember 1323.

Nos drochteleuus et lippoldus, fratres, dicti de doren, coram vniuersis et singulis tenore presentium protestamur, quod cum consensu et vnanimi voluntate omnium legitimorum heredum nostrorum vendidimus Ecclesie in distorp monialibus pro triginta duabus marcis et octo solidis lüneburgensium denariorum dimidietatem ville linthop et dimidium molendium in villa molendenbeke cum omni iure, Cum aduocatia, cum pratis, cum pascuis, cum filuis, cum campis, cultis et incultis et cum omnibus attinentiis suis, que bona sicut nos habuimus sic eadem predicta moniales hereditarie optinebunt, hoc adiecto, quod si dicte moniales in dictis bonis impetitiones aliquas paterentur eciam quocumque modo, has nos sicut iuris fuerit sine periculo dictarum monialium tenemur ex warandia nostra super dicta bona et uolumus, excepta proprietate, in omnibus disbrigare. Datum et actum Hidlakere, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. sequenti die beati andree apostoli, sub sigillis nostris et sub sigillo domini gherardi de doren, neenon domini gherardi vuulf, militum, presentibus domino plebano domino alberto in Hidlakere et domino olrico milite de warmizdorp et aliis fide dignis.

LXVII. Johann und Dithard, Gebrüder von Döhren, verkaufen dem Kloster Diesdorf ihren vierten Theil des Dorfes Linthof und an der Mühle zu Möllenbeck, am 1. Dezember 1323.

Nos iohannes et dithardus, fratres, dicti de doren ad noticiam omnium hominum tenor(e) presentium cupimus peruenire, quod cum consensu et vnanimi voluntate omnium legitimorum heredum nostrorum vendidimus monialibus ecclesie in distorp pro sedecim marcis et quatuor



solidis luneburgensium denariorum nostram quartam partem ville linthop et nostram quartam partem molendini in villa moldenbeke cum omni iure, Cum aduocatia, cum pratis, cum pascuis, cum siluis, cum campis, cultis et incultis, et cum omnibus attinentiis suis, quas quartas partes, sicut nos habuimus, sic et dicte moniales eisdem hereditarie optinebunt, hoc adiecto, quod si predictae moniales in dictis quartis partibus impetitiones aliquas paterentur, has nos per nostram warandiam super dictas partes sine periculo dictarum monialium tenemur et volumus, excepta proprietate, in omnibus disbrigare. Datum et actum dannenberg, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>., sequenti die beati andree apostoli, sub sigillo nostro et iohannis arnesolet nobiscum protestantis.

LXVIII. Das Kloster Diesdorf verschreibt dem Pfarrer Ludolph in Clenz gegen Abtretung seines Rechtes an den Capellen in Bulitz und Czetz eine Getreidehebung, am 14. Dezember 1325, mit Bestätigung des Bischofs von Verden, vom 20. März 1326.

Nos dei gracia Nycolaus, verdenfis Ecclesie Episcopus, Recognoscimus omnibus christifidelibus presencia visuris seu auditoris publice protestando, Nos vidisse et audiuisse litteras honorabilis Swideri prepositi et Mechtildis, priorisse tociusque conuentus Monasterii Sanctimonialium in Distorp ac Ludolphi plebani in Clenze sub hac forma: In nomine domini amen. Quum omnium habere memoriam potius diuinitati congruit quam humanitati optimum est, ut facta laudabiliter hominum scripturis publicis et ydoneis testibus perhennentur. Hinc est, quod nos dei gracia Swiderus prepositus, Mechildis priorissa totiusque conuentus sanctimonialium in distorp recognoscimus omnibus presencia visuris seu auditoris publice protestando, Quod omnis controuersia suborta et iamdudum ventilata inter nos ac discretum virum Ludolphum, plebanum in Clenz, est amicabiliter concordata totaliter et sopita, Ita videlicet, quod nos nomine Ecclesie nostre iamdicte comparare ac emere debemus dimidium chorum filiginis perpetui census antedicto domino Ludolpho ac suis successoribus in perpetuum possidendum, in recompensam Ecclesiarum seu Capellarum in buliz et in Czetz, si quid iuris habere possent in eisdem, pro quo dimidio Choro filiginis obligauimus duos mansos sitos in villa sterle nostros cum omni iure et proprietate seu prouentu, quem admodum nos hactenus possidemus, supradicto domino Ludolpho seu suis successoribus quouisque poterimus comparare dimidium Chorom filiginis sepedictum. Preterea prenominate Ludolphus pro se ac successoribus renunciauit omni actioni seu impetitioni dictarum Ecclesiarum seu Capellarum buliz et Czetz et renunciat per presentes. In cuius facti euidentiam Sigilla nostra scilicet nostri conuentus, Swideri prepositi nostri, necnon honorabilis viri Hugonis prepositi in Sneghe, presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXV<sup>o</sup>. dominica qua cantatur Gaudete. Vt autem antedicta ordinatio domini Swideri prepositi et mechtildis priorisse ac conuentus in Distorp ac Ludolphi, plebani in Clenz, rata et inconuulsa permaneat; Nos dei gracia Nycolaus verdenfis Ecclesie Episcopus antedictus ipsam ratificamus et confirmamus in nomine domini presentibus in Hiis scriptis. Quicumque vero hominum ausu temerario dictam ordinationem ac nostram confirmationem infringere seu violare attemptauerit, indignacionem dei omni-



potentis ac nostram se nouerit incursum. In euidentiam vero omnium premisorum Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>. In Cena domini.

LXIX. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß Heinrich, Pfarrer zu Abbendorf, dem Kloster eine Hufe überlassen habe, am 6. Januar 1328.

Nos fuiderus prepositus, Mechtildis priorissa Totusque conuentus sanctimonialium in distorpe recognoscimus protestantes, quod dominus hinricus, plebanus in abbendorp temporibus domini borchardi pie memorie prepositi nostri anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. de nostra ecclesia in villa predicta vnum mansum, qui desertus dicitur, cum sua area, valentem annuatim chororum filiginis, ad sue vite tempora sibi fauorabiliter comparauit. Nostris vero temporibus dictus dominus hinricus a nobis ex nostro consilio et consensu de nouo dictum mansum desertum emit pro XXVI marcis soltwedelenfium denariorum cum sua area, valentem dimidium chororum filiginis annuatim et vnum pullum et septem solidos, liberum ab omni seruitio et exactione, ex parte nostra perpetuo sub hac forma, quod mortuo domino hinrico prefato prepositus nomine ecclesie, pro recognitione dominarum, vnum pullum et vnum solidum ex dicto manso recipiet annuatim, alios vero sex solidos cultrix nostre ecclesie habebit de sepedicto manso deserto ad emendationem luminum ad matutinam et ad vesperam, dum cantatur de virgine benedicta, Dimidium autem chororum filiginis mansi pretaxati memoratus dominus hinricus viua voce, cupiens se participem deuotionum et orationum nostrarum dominarum, pro speciali eius memoria, ad manus et per manus domine caritatis, que fuerit pro tempore, ad consolationem aliqualem, in assumptione virginis gloriose nostro conuentui faciendam, perpetuis temporibus assignauit, et predictus mansus desertus positus est ad curiam Johannis prefecti ville superius memorate. Datum sub nostrorum testimonio sigillorum, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. octauo, in Epyphania domini.

LXX. Des Klosters Obernkirchen Fraternitätsbrief für das Kloster Diesdorf, vom 6. Mai 1328.

Waltherus, dei gracia prepositus, ermgardis priorissa totusque conuentus ecclesie sancte Marie virginis in overenkerken religiosi personis preposito, priorisse et conuentui in distorpe salutem in virginis filio benedicto. Exigente pie deuotionis affectu, quem nos ad ordinem nostrum ex relatione honorabilis domini heynrici hoc sacerdotis habere cognouimus, damus uobis plenam fraternitatem et participationem omnium missarum, vigiliarum, castigationum, ieiuniorum



orationum ceterorumque bonorum, que per nos nostrosque successores usque in diem iudicii occulte uel manifeste operari dignabitur clementia saluatoris. In cuius testimonium figillum domini prepositi nostri presenti pagine est appensum. Datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°. In die sancti iohannis ante portam latinam.

LXXI. Kreuet von Werle verkauft einen Hof, anderthalb Hufen, eine Wiese und ein Holz zu Werle an Johann Marenholz, am 1. Mai 1329.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium In dyfdorpe christifidelibus vniuersis recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte Ermegardis, Ermegardis, Ghertrudis et Margarete, nostre commoniales, pro viginti et quinque marcis denariorum Luneburgensium in Empcionem ville wyderfdorpe expositis et conuersis ademerunt sibi in eadem villa vnum chorum filiginis ad tollendum seu habendum tantumdem ad tempora sui vite de Curia, quam pronunc Herman stenekens inhabitat, annis singulis in festo Beati Martini per dictum Henneken seu per quemlibet dictam Curiam possidentem, dando predictis et presentando sub hac forma ita quod quecumque ex predictis commonialibus nostris diutius superuixerit, predictum chorum filiginis ac si omnes viuerent integritate totali percipiet et habebit. Eciam ad instantiam predictarum nostrarum commonialium per presentes protestamur, quod si ex permissione dei fieret vt Leonardus Longus Ciuis in Luneburch duas filias videlicet Cristinam et Margaretam, et si Johannes longus duas filias legitimas videlicet Alheydim et Beatricem, adhuc seculares, habitu nostro nobiscum vestirentur et fusciperentur in moniales, extunc predictae filie Leonardi longi dimidium chorum et filie Johannis longi alium dimidium chorum, quem sibi



predicte commoniales nostre comparauerunt, ad tempora sui vite eciam habebunt, sicut ipse sustulendo, et eidem a dicto Hermanno stenekens seu a quolibet cultore sibi succedente debeat presentari annis singulis in festo Beati Martini vt premittitur expedite et vltima que superuixerit ex filiabus Leonardi uel Johannis longi sepedictum chorum filiginis integraliter optinebit. Post mortem vero omnium predictarum predictus chorum filiginis cedere debet ad officium karitatis et procuratrix seu procuratrices dicti officii procurare debebunt nostro conuentui consolacionem fieri perpetue ad diem Beate Anne annis singulis in remedium animarum suarum et omnium parentum seu amicorum suorum in salutem, cottidiana tamen prebenda salua permanete. In Cuius facti uel recognitionis testimonium presens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadagesimo nono, in die Beati Johannis Baptiste matris gloriosi.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in Dyfdorpe omnibus presentia visuris et auditoris cupimus fore notum, Quod in christo nobis dilecte Alheydis et Ghertrudis sorores dicte de Vlsen, commoniales nostre, pro duodecim marcis Luneburgensium denariorum cum VIII solidos in emptionem ville wyderfdorpe expositis et conuersis, ademerunt sibi in eadem villa dimidium chorum filiginis, adtollendum seu habendum tantundem ad tempora sui vite, de Curia, quam pronunc scultetus inhabitat, annis singulis in festo Beati Martini per dictum scultetum seu per quemlibet dictam Curiam possidentem dando predictis ac presentando sub hac forma, Ita quod ex hiis duabus diutius superuiuens predictum chorum filiginis sine diminutione totaliter ac si ambo uiuerent percipiet et habebit sustulendo. Post obitum vero predictarum predictus dimidius chorum filiginis cedere debet in Consolacionem ad festum festum Symonis et Jude perpetue et cui littera presentetur extunc consolacionem hanc conuentui prouidebit. In Cuius facti seu recognitionis testimonium presens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum et Actum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadagesimo nono, In die Beati Johannis Baptiste martiris.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in Dyfdorpe omnibus christifidelibus recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte Margareta et Zacharia dicte de Mulen, nostre commoniales, pro sex marcis cum quatuor solidis Luneburgensium denariorum in empcionem ville wyderfdorpe expositis et conuersis ademerunt sibi in eadem ville vnum quartale filiginis adtollendum seu habendum, tantundem ad tempora sui vite, de Curia, quam pronunc Thydeke inhabitat, annis singulis in festo Beati Martini per dictum Thydeken seu per quemlibet dictam Curiam possidentem dando predictis et presentando in hunc modum, Ita quod ex hiis duabus diucius superuiuens predictum quartale filiginis totaliter, ac si ambe uiuerent, percipiet et habebit, Post obitum vero predictarum sepedictum quartale filiginis cedere debet ad officium omnium animarum perpetue commanendo in remedium animarum suarum et omnium parentum et amicorum suorum ad salutem. In Cuius facti seu recognitionis testimonium presentem litteram nostris sigillis dedimus communitam. Datum et Actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadagesimo nono, in die Beati Johannis Baptiste martiris gloriosi.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium In dyfdorpe christifidelibus vniuersis recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecta konnegundis, procuratrix officii karitatis, pro duodecim marcis et VIII solidis Luneburgensium denariorum in empcionem ville wyderfdorpe expositis et conuersis, ademit predicto Officio karitatis dimidium chorum filiginis ad tollendum et percipiendum perpetue de Curia, quam pronunc scultetus ville inhabitat, annis singulis in festo Beati Martini per dictum scultetum seu per quemlibet dictam Curiam possidentem — presentando. In Cuius facti uel recognitionis testimonium presens scri-



ptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo nono, in die Beati Johannis Baptiste martiris gloriofi.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium In dyf dorpe christifidelibus vniuersis recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte . . . procuratrices Officii omnium animarum pro sexaginta marcis cum tercia dimidia Luneburgensium denariorum in emptionem ville wyderfdorpe expositis et conuerfis, ademerunt predicto Officio in eadem villa tercium dimidium chorum filiginis adtollendum et percipiendum perpetue de Curia, videlicet vnum chorum de Curia, quam pro nunc Conradus inhabitat, et vnum chorum de Curia, quam pro nunc Henneke vor deme dhore inhabitat, et dimidium chorum de Curia, quam Thebel tzebemer inhabitat, annis singulis in festo Beati Martini per dictos seu per quoslibet dictas Curias possidentes dandum predictis et ad huiusmodi officium nichilominus presentandum. In Cuius facti uel recognitionis testimonium prefens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo nono, in die Beati Johannis Baptiste martiris gloriofi.

**XCIX.** Das Kloster Diesdorf setzt fest, daß die von den Bewohnern des Dorfes Wiederßdorf abzuführenden Abgaben an die Nonnen unmittelbar entrichtet werden, am 24. Juni 1349.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus Sanctimonialium In Dyf dorpe volumus et per presentes vniuersis lucidius protestamur, Quod quicquid quilibet Ciuis ville Wyderfdorpe specialiter de Curia sua ad debitum censum filiginis dare consueuerit, id vnusquisque soluere debet annis singulis vnique Domine Commoniali nostre suo tempore, cui filiginem presentabit. In Cuius testimonium presentem litteram sigillis nostris dedimus communitam. Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo nono, In die Beati Johannis Baptiste martiris gloriofi.

**C.** Iwan und Paridam von dem Knefbeck schenken die Dörfer Bergmoor, Höddelsen und Haselhorst dem Kloster Diesdorf, (am 27. Mai 1350?).

Nos ywan et paridam, fratres, famuli dieti de Knefbecke, Recognoscimus tenore presentium publice protestando, Quod cum vnanimi consensu et voluntate nostrorum heredum, quorum interest vel quomodolibet interesse poterit in futuro, dimisimus ac dimittimus Honorabili viro Domino Olrico preposito, Mechtildi Priorisse Totique Conuentui sanctimonialium in Dyf dorpe proprietatem cum aduocacia trium villarum scilicet Beremer, Hodelfum, Haslehorst sicut nos posse-



dimus a Reuerendo principe et domino Ludewico Marchione Brandenburchensi pacifice et quiete pro dampno seruitii nostri prout testimonio litterarum suarum possumus demonstrare, pro qua donatione predicti Conuentuales in festo Beati Martini memoriam omnium parentum nostrorum defunctorum domini wasmodi, militis, Huneri et Paridami, famulorum, ac suorum heredum et precipue nostram dum morte preuenti fuerimus sollempniter peragant ac decenter Duas missas jugiter seruare debent in omnibus ebdomadis per circulum anni, vnam de beato Georgio et reliquam pro defunctis. Et ad hoc faciendum Dominus Olricus prepositus vel quicumque fuerit in suo loco annis singulis in predicto tempore quatuor talenta Luneburchensium denariorum et vnum vaccam valentem talentum expedite ministrabit Ermeghardi forori nostre ad tempora sue vite, qua mortua ad nostrum (sic) Conuentum vacca redibit, vel quecumque alia persona ad hoc per prepositum et Conuentum in locum prenotate Ermeghardis fuerit ordinata. Ex hiis prefixis quatuor talentis laudabile seruitium habebit Conuentus in preordinato festo beati Martini, Domino preposito dabitur solidus, vnique Capellano sex denarii, Scholari domini prepositi quatuor denarii, Campanario quatuor denarii pro sollempni pulsatione. Vt autem hec nostra ordinatio et factum rationabile et inuolabile perseueret, in euidenciam rei presentem paginam super hoc conscribi et appensionibus sigillorum nostrorum amicorum et heredum, videlicet Ludolfi et Henningi, fratrum, wasmodi et huneri fratrum de Knefbecke, wasmodi et Jordani et Ludolfi fratrum, filiorum Ludolfi de Knefbecke prelibati, fecimus communiri. Testes huius rei sunt Dominus Gunzelinus miles de Bertenfleue, Dominus Hinricus Rector Ecclesie in witinghe, qui similiter vniuersa iam tacta suorum sigillorum appensione protestantur, et alii quam plures. Datum et actum anno domini Millesimo Trecentesimo . . . . ., In die sancto quo peragetur festum Corporis Christi.

CI. Das Kloster Diesdorf verkauft an Kloster Jungfrauen Renten aus Rützenbeck,  
am 25. November 1350.

Nos Olricus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in dystorpe vniuersis christifidelibus tenore presencium lucidius protestamur, Quod pro quarta dimidia marca luneburchensium denariorum et pro IIII solido denariorum cum VIII denariis eiusdem monete, expositis et in emptionem ville Ruftenbeke conuersis, vendiderimus nobis in christo dilectis, videlicet Margarete de Luneburch, Sophie de Gardeleghe, walburgi et mechtildi filiabus Hinrici Sotmesters, nostris Commonialibus, Octo solidos denariorum Luneburchensium ad uitam ipsarum annis singulis in festo sancti Martini Episcopi et confessoris ex Redditibus ac prouentibus tocius ville Ruftenbeke deriuantibus sustulendos necnon percipiendos; Ita tamen quod vltima ex hiis quatuor superuiuens antescritos octo solidos sine diminucione percipiet, sicut et omnes. Verumptamen hiis omnibus quatuor dominabus defunctis, extunc quatuor solidi cedere debebunt luminari lampadis in inferiori dormitorio, quod dicitur dat sekenhus, Jugiter commanendi, Reliqui vero quatuor solidi cuicumque persone officio Omnium christifidelium animarum preexistenti



indubie presententur In amniculum reficiendi dominas nostras sequenti die pasche, qua Cantatur Introduxit et cetera. In cuius rei testimonium presens hec littera sigillis nostri conuentus fistit solidata. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo, Ipso die beate Katerine virginis gloriose.

CII. Das Kloster Diesdorf verschreibt zwei Conventualinnen, den Geschwistern Wolters, die Geld zum Ankauf von Rustenbeck hergegeben, eine Rente aus diesem Dorfe auf Lebenszeit, am 25. November 1350.

Nos olricus prepositus, Mechtlydis Priorissa Totusque Conuentus sanctemonialium in Dyldorpe vniuersis tenore presentium lucidius protestamur, Quod pro septem marcis denariorum cum quinque solidis et VII denariis, expositis et in emptionem ville Rustenbeke conuersis, vendidimus nobis in christo dilectis, videlicet Beatrici et Ghertrudi sororibus dictis wolteres nostris commonialibus, vnam marcem denariorum ad ipsarum vitam annis singulis in festo Beati Martini ex prouentibus totius ville deriuantibus percipiendo sustulendas, Ita tamen, quod vltima superuiuens dictam marcem redditus sine diminutione percipiet sicut ambe; sed ambabus mortuis cedere debeat ad officium karitatis, ita quod domina, que preest officio, debet cum illa marca procurare ceruissiam, quantum potest, et in die Jacobi maioris conuentui dictam ceruissiam impertiri iugiter commanendo. In Cuius facti testimonium sigilla nostra presenti littere sunt appensa. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo, in festo Beate katerini virginis gloriose.

CIII. Werner, Wolrad und Conrad von Boldensen entsagen gegen eine Rente ihren Ansprüchen auf den Hof Tro zu Gunsten des Klosters Diesdorf, am 19. Juni 1351.

Nos wernerus, uulradus et Conradus fratres, filii quondam domini weneri Militis dicti de Boldensen pie memorie, tenore presencium recognoscimus publice et testamur, Quod libera voluntate ac Communi consensu omnium nostrorum heredum vel fucefforum, quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, renuntiauimus et in presentibus renuntiamus omni petitioni a nobis facte hucusque Curie Tro, dictam curiam resignantes Domino olrico preposito, Methildi priorisse Totique Conuentui sanctimonialium in Dyldorpe pro vno Choro brafei triticei cum omnibus suis prouentibus ac attinenciis vniuersis, sicut in litteris super dictam Curiam a nobis prius datis lucide protestamur, quiete et pacifice possidendam, Eciam quemcunque colonum prefatus prepositus Dominus olricus, Methildis priorissa seu sanctimoniales in Dyldorpe super pretactam Curiam locauerint, in omnibus promouentes, eundem colonum nullatenus impediendo, quod



promissimus et promittimus jam dictis Domino preposito olrico, methildi priorisse Totique Conuentui in Dyfstorpe in solidum fide data manu coniuncta firmiter obseruanda nichilominus in hiis scriptis, in huius rei euidenciam clariorem sigilla nostra huic littere de nostro vero concensu sunt appensa. Et nos Conradus et walterus fratres, filii predicti domini weneri militis dicti de Boldensen bone recordacionis, renunciacionem dicte curie Tro comprobantes, et ut omnia et singula premissa rata permaneant et inconuulsa, presens scriptum sigillis nostris in testimonium dignum duximus communiri. Testes huius sunt Dominus Harneydus thesaurarius monasterii sancti Johannis baptiste in veteri vllessen, Johannes sten, hoygerus de tzelle, consules in noua vllessen, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. LI°, in die prothasii et geruasii Martirum beatorum.

CIV. Verschreibung des Klosters Diesdorf für seine Conuentualin Margarethe von Stesow über das zum Ankauf von Rustenbeck hergegebene Geld, vom 17. August 1351.

In nomine domini amen. Nos olricus prepositus, Mechtyldis priorissa totusque conuentus sanctimonialium in dyfдорpe salutem omnibus in perpetuum. Recognoscimus presentibus lucide et testamur, Quod in christo nobis dilecta margareta dicta de stesowe, procuratrix officii omnium animarum, ad pecuniam datam pro emptione ville Rustenbeke et proventuum eiusdem octo marcas cum dimidia stendalgenis argenti de elemosinis sibi pro deo ac amicorum subsidiis datis plenariter addidit, pro qua pecunia nos prepositus, priorissa totusque conuentus in dyfдорpe prenominate margarete, procuratrici iam dicti officii omnium animarum, de eiusdem ville proventibus tres marcas denariorum annis singulis in festo beati martini, quam diu vixerit, erogabimus, dubio quolibet procul moto. Post vero obitum dicte margarete, procuratrici iam dicti officii omnium animarum procuratrices eandem immediate sequentes, quecunque fuerint ille, predictas tres marcas recipient annuatim, et pro consolacione vnum quartale seruicie (sic) et vnum competens forculum conuentui in dyfдорpe ipso die diuisionis apostolorum distribuunt, vt memoria predicte margarete de stesowe parentumque eiusdem, videlicet hinrici patris necnon helwychis matris eciam de stesowe nominatis, inde die iam dicto jugiter peragetur. Ad huius autem facti perpetuam obseruantiam et euidenciam firmiorem presens scriptum dedimus cum sigillorum nostrorum appensione Roboratum. Sub anno domini M°. CCC°. LI°, feria quarta proxima post festum assumptionis marie virginis gloriose.



CV. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß Ermgard von Lüneburg und Mechtild von Walfstawe eine Rente aus dem Dorfe Möllenbeck gekauft und dem Kloster vermacht haben, am 3. August 1352.

Nos olricus prepositus, Methildis priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in Dyfdorpe vniuersis christifidelibus recognoscimus per presentes, quod in christo nobis dilecta Ermegardis de luneborch, procuratrix officii karitatis, et Methildis de walfstoue predicto officio karitatis ademerunt duas marcas denariorum, quarum vna scilicet ad presens permanebit predictae ermegardis, procuratricis karitatis, in villa moldenbeke, quam Hempo, bodo, Johannes et Hempo Junior, fratres dicti de knesbeke, famuli, cum alheydi, filia paridami, fratris ipsorum pie memorie, nostro claustro sine omni impetitione dimiserunt et libere donauerunt pro decem et nouem marcis denariorum annis singulis in festo natiuitatis beate Marie virginis perpetue percipiendas, alteram vero et sub tali condicione, ita quod methildis de walfstoue antedieta temporibus sue vite recipiet, quando autem debitum carnis persoluit, ad memoriam sui et suorum parentum ad predictum officium karitatis redibit et ad indigencias, quibus dictum officium indiget omnibus sabbatis, omni dubio procul moto. In cuius facti uel recognitionis testimonium presens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LII<sup>o</sup>., ipso die inuentione s<sup>t</sup>hephani prothomartiris Gloriosi.

CVI. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß die Conventualinnen Ludgard und Bertha von Bartensleben und Mathilde und Mathilde von Oberg behufs einer Stiftung Gebungen aus Möllenbeck vom Kloster gekauft haben, am 14. September 1352.

Nos olricus prepositus, Methildis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in Dyfdorpe omnibus hoc presens scriptum intuentibus et audientibus cupimus esse notum, quod quatuor nostris commonialibus nobis in christo dilectis, ludgardi et berte dictis de bertensleue, methildi et methildi dictis de Oberche, vendidimus, dimisimus et in presentibus resignamus vnam marcem denariorum in villa Mollenbeke, quam Hempo, bodo, Johannes et hempo Junior, fratres dicti de knesbeke, famuli, cum alheydi, filia paridami, quondam famuli, nostro Claustro sine omni impetitione dimiserunt et libere donauerunt, pro nouem marcis denariorum annis singulis in festo Natiuitatis beate marie perpetue percipiendam, tali condicione interposita, quod dimidietatem predictae marce in salutem anime nostre et parentum nostrorum, et vt in omnibus festis et ad honorem beate virginis Marie, scilicet in festo assumptionis, Natiuitatis, Conceptionis, Purificacionis et annunciacionis, lumen Cereum a(rde)ns diem naturalem, et quando-cunque missa ipsius celebratur, cottidie et fideliter accendatur ad officium et que preest officio Custodis ad presens dabimus, diuolucionem deinceps non expectantes perpetue duraturum, alteram vero dimidietatem temporibus vite nostre percipientes, post obitum autem nostrarum quatuor com-



monialium nominatarum ad officium redibit antedictum et ad honorem beati Johannis baptiste, scilicet in festo Natiuitatis, Decollacionis et Epyphanie domini, lumen, vt supradictum est, accendatur comburendo. In Cuius rei euidentiam et maiorem obseruanciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo secundo, in die exaltacionis sanete Crucis.

CVII. Das Kloster Diesdorf verschreibt den Berweferinnen des Seelenamtes eine Hebung auß Wolmersen für eine im Jahre 1341 auß Malsdorf verschriebene Rente, am 11. Januar 1354.

In nomine Domini amen. Actus quidem temporales labilitate pretererunt, nisi litterarum tenoribus firmiter roborentur. Igitur nos Johannes de Odbernhufen, prepositus, Mechtildis priorissa, Totusque conuentus sanctimonialium in dystorpe recognoscimus et per presentes vniuersis lucidius protestamur, Quod concorditer consensu alique voluntate nostrum omnium, Illum vnum chorum filiginis, quem Dominus Albertus prepositus anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo primo pro Triginta sex marcis denariorum in solucionem accommodatorum in saltwedele conuersis vendidit, ad officium omnium animarum christianorum nostri Claustrii habendum ipsum in bonis nostris ville Malsdorpe, Eundem chorum filiginis transponimus seu transmutamus ad predictum officium omnium animarum christianorum Claustrii nostri, perpetue commanfurum, percipiendum et ad habendum ipsum in bonis nostris ville Wolmersen, vnum dimidium scilicet chorum in curia, in qua moratur Bene pronunc, Reliquum dimidium chorum In curia, in qua moratur vese, annis singulis infra Octauam Beati Martini Episcopi Domine amministratrici cuiusque huic officio prexistenti hic in curia nostra et ad manus suas, cui ipsa commiserit, expeditius presentandum. Ita tamen, quod dicti chori dimidietatem Domine Ermegardis, Alheydis et Elyzabeth dicte de Stendal, nostre commoniales, annis singulis festo, vt supra, tollent ad vitam ipsarundem. Eciam ex dictis dominabus superuiuenti diutius singillatim per mortem descendendo integraliter ministretur. Post mortem vero ipsarum prenotato officio cedit iugiter adessendo. In cuius rei testimonium sigilla nostra presenti littere sunt appensa. Datum et actum Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo quarto, proximo sabbato infra Octauas epyphanie Domini nostri ihesu christi.

CVIII. Johann von Döhre und seine Söhne Dethard und Johann entlassen Reineke von Winkelftedt aller Ansprüche, am 20. Januar 1354.

Ik Johan vom Dore de Olde, Dethard vnd Johan, mine sone, vnd vse rechten eruen bekennet openbar in desme breue, dese wytleken bezeghelet is mit vnsen Ingehezghelen, dat



we hebbet ledech vnde los ghelaten vnde latet los Reyneken van wynkelstede vnde sine kindere, de he alrede heft vnde noch wyinnen mach, aller ansprake, dar we en vmme hebbet tute sprekende vnde hadden. Hir vmme so gheft he vns de vorsproken Reyneke ver mark pennin- ghe to leue vnde to vruntscapp. To ener betughinghe So hebbe ik Johann Ghus De Olde vnde ik Johan Ghus de Junghe vnse Inghezeghele henghet an dessen bref, dat we hir ouer hebbet ghewesen vnde hebbent ghedeghedinget hulpen. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quin- quagesimo Quarto, In Die Fabiani et Sebastiani Martirum.

CIX. Die Gebrüder Sievert, Gerhard, Dithard und Gebhard von Walstaue entsagen ihren Rechten an den Wiesen bei Werse zu Gunsten des Klosters Diesdorf, am 16. April 1354.

Ich Siuerth vnd Gerardt, Dethart vnd Gauerth, broder, geheten van Wal- staue, Bodenn Sone van Walstaue, bekennen vnd betugenn In duffem apenen breue, de witlichenn befelegt ys mit vnfern Ingefegeln, dat wy afftiche hebbenn gedhan vmd afflatenn von allerley ansprake, dar wy mede mochten alnsprekenn der lutken wisch vnd der groten wisch, de by dem dorpe tho warle licht, de dat Gadelshufs tho Distorp redelichen vnd rechtlichenn hefft gekofft. Were och, dat datt Gadelshufs ergene mede worde gehindert edder beworren an der vorbenomden wisch, dat scholde wy vnd woldin helpin entleddigen, wor wy mochten, vnd wen dat vorbeschreuen Gadelshufs van vns eschede. To einer betugynge Iso hebbe yck Hans Krateke myn yngefegell gehenget ahn duffen breff, dat Ich duffe dinghe hebbe gedege- dingt, hir umme dat wy dat hebben van vns gelaten, vnd dar nicht mher willen vpsaken edder nemandt van vnser wegenn, So hefft vns her Johann van Obernhufensenn, de Praweste tho Distorppe, gegeuen viff vnd twintich schilling penninghe tho loue vnd thor frundtschopp. Da- tum anno domini Millefimo trecentesimo quinquagesimo quarto, feria quarta Sancte Pasce.

Nach einer vidimirten Copie.

CX. Das Kloster Diesdorf verkauft an die Succentrix eine Kornrente aus dem Dorfe Danckenem, am 13. Dezember 1354.

Vniuersis christi fidelibus hanc paginam visuris seu auditoris, presentibus et futuris Recog- noseimus In hiis scriptis publice protestamur, Quod Nos Johannes De Odbernhufen preposi- tus, Mechtlydis Priorissa Totusque Conuentus Sanctimonialium Monasterii Distorpe Iuste ac ra- tionabiliter vendidimus Religiose domine Beatrici, commoniali nostre succentrici, Dimidium chorum



filiginis pro viginti quinque marcis luneburgensium denariorum in parato nobis plenarie persolutis In villa nostra Danckentzem In curia vniuersi dicti Hynrici Sygen percipiendum euo tempore iugiter in quolibet festo Mychahelis et habendum, necnon ad refectionem nostrarum omnium dominarum, eo tempore, quo competens videbitur distribuendum. Sin autem Si prefata curia, quod deus auertat, fuerit desolata, extunc Jam dictus dimidius chorus filiginis ex proprio nostro granario tempore prescripto Indubie presentetur antenominatis dominabus nostris reficiendis. Vt autem pretaxata rata permaneant et inconuulsa, presens hec littera nostri Conuentus Sigillis est roborata. Datum et actum Sub annis Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo Quarto, Ipso die Lucie virginis gloriose.

CXI. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß bei ihm Henning Helmerkes und dessen Frau für sich, so wie Mechtild und Margarethe für Johann von Dannenberg mit Gebungen aus Döhre Gedächtnißfeiern gestiftet haben (1354?)

Nos Johannes de Obernhufen prepositus, Elyzabet Priorissa Totusque Conuentus in Dyistorpe vniuersis christifidelibus recognoscimus per presentes, Quod Hennignus Helmerkes, Elyzabet vxor sua ademerunt Officio omnium animarum vnum Chorum filiginis, qui dicitur witscheppel, pro Triginta marcis denariorum Luneborchenfium et septem solidos in bonis ville Dore, Quo tamen Choro et denariis vti debeant propter beneficium emptionis temporibus sue vite, vltimus superuiuent in toto sicut ambo; quibus defunctis predictus Chorus et septem solidi ad Officium antedictum cedere debent iugiter commanendo, et perpetua memoria a procuratrice iam dicti Officii celebrabitur in remedium suarum animarum annuatim. Etiam quedam Mechtildis et quedam Margareta sepedito officio ademerunt dimidium Chorum filiginis cum quarto dimidio solido pro XV marcis denariorum in antedictis bonis ville dore, pro quibus beneficiis memoria domini Johannis de Dannenberghe fideliter peragetur. In cuius testimonium presentem litteram Sigillo prepositure ac Conuentus fecimus communi.

CXII. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß Margarethe Martin sich bei ihm mit einer Gebung aus Döhre die Gedächtnißfeier gestiftet habe (1354?)

Nos Johannes de Obernhufen prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Couentus sanctimonialium in Dyistorpe in presentibus protestamur, Quod margareta martini senior, ademit Offitio animarum ad elemosinas Sextis feriis dandas dimidium chorum filiginis in villa Dore, in bonis, que Johannes et Hempo fratres dicti de knelbeke et eorum veri heredes nostro



Clauſtro ſine omni impetitione dimiferunt et libere donauerunt. Pro quibus beneficiis prefate Margarete memoria a prefato procuratrice Officii animarum quolibet anno procurabitur peragenda. In cuius facti recognitionis testimonium preſent ſcriptum Sigillis noſtris dedimus communitum.

Die Urkunde hat kein Jahr, indeß iſt wohl anzunehmen, daß ſie im Jahre 1354 angeſtellt iſt, da der in der vorſtehenden Urkunde erwähnte Propſt in Urkunden von dieſem Jahre vorkommt.

**CXIII.** Ludwig der Römer vereignet das Dorf Wendifchen Böddenſtedt, das der lange Paridam von dem Kneſebeck biſher von ihm zu Lehen getragen, dem Kloſter Diesdorf, am 15. Auguſt 1355.

Ad perpetuam rei memoriam. Nouerint vniuerſi tenorem preſentium inspecturi, Quod nos Ludewicus Romanus, dei gracia marchio brandeburgensis et luſatie, ſacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palantinus Reni et bauari dux, confiderantes et penſantes inopiam et neceſſitatem deodeuatarum virginum Sanctimonialium, Prioriſſe et Totius Conuentus in Diſtorph Ordinis ſancti Auguſtini verdenſis dyoceliſis, a qua eas, in quantum poſſumus, volumus releuare, vt diuinus cultus per eas eo frequencius et deuocius valeat celebrari, In ſalutare remedium animarum progenitorum noſtrorum, antecellorum, noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum dedimus et donamus proprietatem ville wendefchen bodenſtede, omnimodo, forma, Jure, Conditione, fructibus, redditibus et pertinentiis vniuerſis et ſingulis, quibus eandem a nobis ſtrenuus vir longus Paridam de knyſbeke fidelis noſter dilectus tenuit, habuit et poſſedit, Juſto proprietatis titulo habendam, tenendam et perpetue poſſidendam. Renuntiantes omni juri, actioni et impetitioni pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris, quod vel que nobis in dicta villa quo ad ipſam proprietatem competunt ſeu competere poterunt quomodolibet in futurum. In cuius rei euidentiam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Preſentibus ſtrenuus virus Petro de bredowe, Johanne de wantfleuen, buſſone de arkfleuen, Ghumperto de Aldenhufen, frederico de wederden, Johanne de Rochowe et Marquardo lutterbek, Militibus, Necnon Thiderico, prepoſito bernowenſi, prothonotario noſtro, et Nycolao biſmarke cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tanghermund, anno domini Milleſimo Tricenteſimo quinquageſimo quinto, In die aſſumptionis ſancte Marie virginis glorioſe.



CXIV. Das Kloster Alt-Uelzen bekundet, daß das Kloster Diesdorf eine jenem zu zahlende jährliche Rente abgelöst habe, am 22. Juli 1358.

Nos Ludolfus de marnholte abbas, Fredericus prior Totusque Conuentus monasterii sancti Johannis Baptiste in veteri vllessen Ordinis sancti Benedicti Verdenfis Dyocefsis recognoscimus publice protestando, Quod causam totalem, quam coram Honorabili viro domino Hermanno preposito in vllessen, Judice ab Honorabili viro domino Thiderico decano Ecclesie Lubicensis, Judice a sede apostolica delegato, subdelegato, instaurationis intentando Contra Honorabilem virum dominum Johannem de Buc prepositum electum in Dyftorpe ac Religiosas dominas Elyzabeth priorissam, ac Conuentum sanctimonialium Monasterii beate marie virginis ibidem Ordinis beati augustini eiusdem dyocefsis Super vna marca denariorum, nobis nomine pensionis seu annuorum reddituum per eos exfoluenda et per tempora aliquot detenta, predicti domini Judicis et consensu Judicio etiam suo firmato vna cum ipsis compromissimus vallato arbitrio In viros prudentes dominos Harnedum de marnholte, Sacristam dicti monasterii nostri, ac Johannem de Olbernhufen, Rectorem Ecclesie in vallerfleue, Halberstadenfis dyocefsis, qui concorditer diffiniuerunt, quod sopita omni controuersia predicta occasione dicte pensionis debite seu retente et etiam expensarum, dampni seu interesse inter nos et dictum monasterium in Dyftorpe iam mota et in perpetuum mouenda, Dictus dominus Johannes de Buc dicti monasterii nomine nobis decem et septem marcas denariorum in promptu numerauit ad similem pensionem, quam petiuimus nostro monasterio comparandam. Propter quod ipsum monasterium in Dyftorpe a dicta annua pensione vnus marce denariorum cum omni debito retento ac ab expensis ob hoc factis, dampno seu interesse nobis contingentibus supportauimus et presentibus supportamus, renuntiamusque pro nobis et nostris in perpetuum successoribus omni iuri et actioni, que nobis quomodolibet competere videbantur erga premissa seu quodlibet premissorum. In cuius rei euidentiam et testimonium perpetuum presens super hoc confectum Nos Ludolfus abbas prenotatus nostro sigillo proprio vna cum Conuentu nostri predicti sigillo patenter appensis dignum duximus sigillandum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., In die Marie Magdalene.

Abgedruckt ohne die Datirung im Codex I. 16. S. 436 f.

CXV. Das Kloster Diesdorf verschreibt der Conventualin Luckard von Bartenleben für einen Beitrag zum Ankauf des Dorfes Wolmerjen eine Hebung aus diesem Dorfe, die jene wiederum dem Kloster vermachet, am 18. October 1358.

Quoniam ea, que aguntur in tempore, simul vilescunt et labescunt cum tempore, Necesse est autem, ut ea munimine sigillorum et litterarum solidantur; Nos igitur Johannes Dictus Buk prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus Insule Marie Dyftorpe Vniuersis christifidelibus, quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum, Recognoscimus publice



protestantes in hiis scriptis, Quod ad formalem, perhennem necnon integram totius ville wulmerfen diete empcionem per nos empte Religiosa Domina Luckardis de Bertenfleue, nostra sanctimonialis, largiflue nobis in amminiculum duodecim marcas stendaliensis argenti appofuit, pro quibus vnanimiter dimifimus et in perpetuum dimittimus prefixe domine integrum chorum filiginis In fefto mychahelis In prefcripta villa In curia, quam pronunc vnus dictus vefeke Hermanni colit et inhabitat, In dextero latere in domo tercia, quo abhinc iter illuc folet dirigi, perfonis, quibus ipfa domina prenotata assignauerit, perpetuis temporibus poffidendum. Et ego Luckardis ante-fcripta Do et in testamentum Lego prenotatum chorum ac in perpetuum committo religiofis nostris dominabus caritatis et omnium animarum chriftifidelium officiatricibus, quecunque fint perfone, vt huic prefint choro filiginis perhenniter eis commiffo, vt in fupremo feuilimo iudicio feure pro eo poffint refpondere. Ifto modulo, vt fingulis annis eternis temporibus, quod de totis meis viribus adimpleri defidero, Ipfo facratiffimo die et fefto Concepcionis gloriofiffime virginis marie fingulis nostris dominis capellanis, aliis eciam prefbiteris, In primis vefperis, In vigilia, matutinis, in facro die et miffis ac fecundis vefperis cum completorio interexiftentibus, cuilibet domino de prefcripto filiginis choro vnus folidus Luneborgenfium denariorum, duobus fcolaribus cuilibet sex denarii, Eciam pro vigillis eodem fefto et miffis fequenti die celebrandis predictis dominis interexiftentibus sex denarii In remedium omnium meorum progenitorum animeque mee falutare remedium ac cunctorum parentum meorum fubfequencium a dominabus prelibatis officiatricibus largiter perhenniter debent elargiri. Reliqua vero cum pecunia de nominato choro deriuata refectio quam pulchra toti noftro conuentui die et fefto prefixo fingulis annis et eum minime proteletur miniftrari. In cuius rei euidentis testimonium figilla noftri monafterii prefentibus sunt appenfa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagefimo octauo, Ipfo facro die Luce Ewangelifte.

CXVI. Das Klofter Dambeck überläßt dem Klofter Diesdorf das Dorf Wolmersfen gegen eine Baarzahlung und Hebungen in Henningen, Malsdorf, Berge und Prißfir, am 14. März 1359.

Nos Hinricus prepositus, Margareta abbatiffa, Elyzabeth Prioriffa Totusque Conuentus sanctimonialium in Dambecke tenore prefentium recognofcimus lucidius protestantes, quod vnanimi confenfu et bona voluntate dimifimus et per prefentes dimittimus Domino Johanni preposito, Elizabet Prioriffa et toti conuentui sanctimonialium in dyftorp Totam villam wulmerfen cum omnibus fuis redditibus, prouentibus et attinenciis vniuerfis, cum omni Jure fupremo et infimo, et aduocacia in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, filuis, nemoribus, aquis et aquarum decurfibus, cum omni proprietate, quemadmodum ipsam poffedimus vfque in diem hodiernum, perpetuis temporibus pacifice et quiete poffidendam, renuntiantes omni iuri et actioni, que nobis fev fuccefforibus noftreis aut monafterio noftro in dambecke competit fev competere poffit in futurum. Pro qua quidem villa wulmerfen predicti prepositus, prioriffa et totus conuentus sanctimonialium in dyftorp nobis decem marcas argenti Brandenburgensis integraliter perfoluerunt et bona infrafcripta in perpetuum poffidenda nobis dimiferunt et resignauerunt per prefentes, videlicet in villa Henninghe



tres choros cum dimidio filiginis, in malstorp in curia wernekim rode alterum dimidium chorum filiginis cum pheodo tocius curie, in berghe in curia byles dimidium chorum filiginis et duos solidos, in curia valken dimidium chorum filiginis et duos solidos, vnum quartale filiginis cum vno solido de dimidio manso, quem nunc colit theolonarius in berghe, et duos solidos de area singhelmannes, in Priffir in Curia fabri dimidium chorum filiginis, vt autem hec permutacio et bonorum predictorum transposicio imperpetuum firma permaneat et illesa, presentes litteras dedimus nostris sigillis, videlicet prepositi, abbatisse et conuentus nostri, ex certa nostra sciencia sigillatas, sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo nono, feria quinta ante reminiscere.

Ungenau abgedruckt Codex I. 16. S. 431.

CXVII. Die Knappen Günzel, des Ritters Buffo, und Günzel, Günthers Sohn, von Bartenäleben befunden den Verkauf von Hebungen aus Andorf an das Kloster Diesdorf, am 3. August 1359.

Nos Guncelinus, filius Domini Buffonis militis, et Guncelinus, filius Gunteri, famuli dicti de Bertensleue, presentibus recognoscimus lucidius protestantes, quod vnanimi nostro consensu et omnium heredum nostrorum ac amicorum voluntate vendidimus et dimisimus necnon vendimus et dimittimus per presentes discreto viro domino Johanni dicto de buch preposito, Elizabeth priorisse et toti Conuentui sanctimonialium in Dystorp quinque choros filiginis minus sex modis et vnum talentum denariorum saltwedelgensium annuorum reddituum in villa annendorp, videlicet In curia Gherardi Coden vnum chorum filiginis et vnum talentum denariorum saltwedelgensium et duos pullos, In curia Heynonis dicti de Henninghe alterum dimidium chorum filiginis et duos pullos, In curia gherardi stenhus alterum dimidium chorum filiginis et duos pullos, In curia desolata decem octo modios filiginis et vnum pullum, cum omni Jure supremo et infimo, cum aduocacia, cum seruitio reali et corporali, In agris cultis et incultis, pratis, pascuis, filuis, nemoribus et aquis, perpetuis temporibus possidendos annisque singulis subleuandos pacifice et quiete. Volumus eciam predicta bona ab omni impugnatione defendere et a quauis inpeticione liberare ac in bono conseruare, donec iidem prepositus, Priorissa et totus conuentus sanctimonialium in dystorp sibi ea a domino nostro Marchione brandenburgensi potuit appropriari. In Cuius testimonium nostra sigilla ex nostra certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>., die inuencionis beati stephani prothomartiris gloriosi, presentibus discretis viris arnoldo Kletzeke, Gherardo ghent, Nycolao godescalci, ciuibus in saltwedel, et aliis pluribus fide dignis.



CXVIII. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß Heinrich, Pfarrer zu Abbendorf, ferner die Officialen des Seelenamtes und Werner, Knecht des Klosters Diesdorf, durch den Ankauf von Hebungen aus dem Dorfe Werle sich Gedächtnißfeiern gestiftet haben, am 6. Januar 1337.

Nos Albertus, dei gracia prepositus, Elizabet priorissa Totusque conuentus sanctimonialium Cenobii In Dyfdorp vniuersis fidelibus christi hoc scriptum visuris aut auditoris salutem in domino sempiternam. Cum ea, que fiunt in tempore, simul cum cursu temporis euanescant, necessarium esse dinoscitur, vt ea, que aguntur, litterarum testimonio perhennentur. Hinc notum esse cupimus tam modernis quam futuris, Quod Dominus Henricus, plebanus ecclesie In Abbendorf, dimidium chorum filiginis, quem in villa werle in curia Bernardi pie memorie propria pecunia comparauit, ad auementacionem diuini officii animarum pro remedio anime sue assignauit perpetuis temporibus possidendum, tali condicione adiecta, quod quecunq; sanctimonialium dicto officio preuerit animarum, in die sancte Ascensionis domini conuentui seruicium refectionis de dimidio choro prenarrato fideliter ministrabit, memoriaque eiusdem domini Henrici orationibus singularum die pretaxato habeatur commendata. Officiales vero animarum caritatem, que ex deo est, sagaciter intendentes in curia predicta Bernardi eciam dimidium chorum comparauerunt pecunia collecta ex elemofinis ad officium prenomiatum a fidelibus christi donatis, statuentes pia deliberacione, vt in die pentecostes de dicto filigine conuentui singulis annis a procuratricibus animarum refectione distribuatur. Insuper wernerus, famulus nostre ecclesie, in villa et curia memorata eciam dimidium chorum propria summa ad tempora vite sue optinuit pacifice et sue aliquo impedimento possidendum, Post mortem vero suam pro eterna retributione peccaminumque suorum remissione assignauit eundem officio animarum, sub tali forma, vt procuratrix officii predicti In festo Sancte Trinitatis conuentui preuideat seruicium fidele, quam diu durauerit cenobium nostrum. Cantrix eciam, que extiterit, de curia sepe narrata recipiet octo solidos singulis annis ad emendationem librorum et ceterorum, que spectant ad officium illud, pro quibus singulis septimanis procuret missam de Annuntiatione cum collectis Ecclesiam de sancto Johanne Inclina et fidelium eo die, quo se presentauerit festum illud gloriosum, et si occurrerit anniuersarius vel aliqua celebritas sanctorum, tunc in diem alterum exponetur, Sic tamen, ne misse statute a fundatoribus ecclesie per illam negligantur. Item hec pia institutio perpetuo ritu obseruetur pro omnibus, a quibus officium animarum est fundatum et elemofinis roboratum, et qui illud pro futuro auementauerunt subsidia et beneficia inpendendo. Ne ergo in posterum super hoc facto aliqua oriatur calumpnia dubietatis, hanc paginam fecimus conferibi et sigillorum nostrorum appensione communiri. Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. tricesimo septimo, in Epiphania Domini.



CXIX. Gebhard von Alvensleben, Knappe, übergiebt dem Kloster Diesdorf mit seinen Töchtern Adelheid und Elisabeth das Dorf Mellin, am 15. März 1360.

Ego Gheuehardus famulus dictus de Aluenfleue ad vniuersorum presentes litteras intuentium noticiam cupio lucide peruenire, Quod cum pleno consensu et voluntate domini Gheuehardi patris mei et Henrici fratris mei necnon omnium meorum heredum et amicorum dimisi et dimitto per presentes . . . Preposito . . . Priorisse et toti Conuentui sanctimonialium Monasterii in Dyftorp vna cum filiabus meis Elyzabeth et Alheyde totam villam Mellyn cum omnibus et singulis redditibus suis et prouentibus vniuersis, cum aduocatia necnon cum omni Jure supremo et infimo ac seruicio reali et corporali, In agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis et aquarum decursibus, in omnibus et singulis predictae ville attinentiis, quemadmodum ipsam vsque in hodiernum diem habui et possedi, pacifice, quiete et sine omni perturbatione et offensa perpetuis temporibus possidendam, Que soluet annuatim in certis redditibus Octo chpros auene, duo talente denariorum Luneborchenfium et quinquaginta pullos fumigales. Volo etiam in vera fide mea appropriatione prefate ville Mellyn et suorum reddituum, prouentuum et attinentium omnium sub meis expensis et laboribus, antequam predictae mee filie Elyzabeth et Alheydis in predicto Monasterio Dyftorp vestiantur, ordinare, quod promitto per presentes. Vt autem vniuersa et singula premissa firmiter teneantur, prefatus dominus Gheuehardus pater meus et Henricus meus frater, Bodo, Johannes et Hempo fratres dicti de Knefbecke sigillis suis vna mecum sub annis domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>., Dominica, Qua cantatur Letare, presentes litteras sigillarunt.

CXX. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto schenken dem Kloster Diesdorf eine Hebung aus dem Dorfe Mellin, am 24. März 1360.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei geste memoriam, Nouerint vniuersi et singuli tenorem presencium inspecturi et audituri, Quod nos Ludowicus Romanus et Otto fratres, dei gracia Brandenburgenses et Lusacie Marchiones, Sacri Romani Imperii archicamerarii, comites palantini Reni et bauarie duces, volentes et cupientes cultum diuinum, quantum possumus, ampliare, in remedium salutare animarum antecessorum nostrorum, olim Marchionum Brandenburgensium, ac etiam progenitorum nostrorum bone memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum dedimus et donauimus, damus et donamus meliori modo et forma, quibus fieri poterit, solempniter deliberato animo et maturo consiliariorum nostrorum consilio precedente ex certa sciencia et non per errorem deo dicatis et deuotis virginibus priorisse, sanctimonialibus et toti conuentui claustri dyftorp ordinis sancti augustini verdensis dyocesis proprietatem quinque marcarum puri argenti annuorum reddituum sitarum in villa Mellyn infra limites et distinciones ville eiusdem cum pachtu et censu, cum omnibus honoribus, fructibus, vtilitatibus, prouentibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, paludibus ac rubetis, cum Iurisdictione et Iudicio supremo et in-



fimo, cum omni iure et pertinenciis ipsarum singulis et vniuersis ad ipsam villam predictam spectantibus, quibus ipsam villam, iura et redditus premissos strenuus Geuehardus de aluenfleue, filius Geuehardi de aluenfleue militis, hucusque habuit, tenuit et possedit, Et eis ad vsum et vtilitatem predictarum priorisse sanctimonialium et conuentus pro tempore existentium in nostri et consilii nostri presencia pro se et suis heredibus renunciauit libere et expresse, que siquidem villa, redditus quinque marcarum et iuribus cum pertinentiis premissis ad ius et proprietatem priorisse sanctimonialium prefatarum et conuentus mero et pleno iure perpetue pertinere debent, Renunciantes nostro, heredum et successorum nostrorum nomine omni iuri et actioni et impetitioni, quod et que nobis et eis competit vel competere poterit in futurum, quibus directe vel indirecte premissa nostra donacio proprietatis infringi valeat aliquo iure vel iuris colore. In cuius rei Euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Presentibus reuerendo in christo patre et domino nostro, domino Henrico Episcopo Lubucensi, ac Strennuis viris Johanne hufeneri milite, wedegone de wedel marescalco nostro, Guntzelino de bertenfleuen, Henrico de Schulenborch, Nycolao Bismark, Tiderico morner preposito Bernowienfi, prothotario nostro, ac pluribus aliis fide dignis. Datum in antiqua Ciuitate nostra Saltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>., feria tertia post dominicam Judica me deus.

CXXI. Gebhard und Heinrich von Alvensleben verpfänden an Günther Schütze und zu getreuer Hand Bodo, Hans und Hempo von dem Kneesebeck zwei Mann in dem Dorfe Mellin, am 15. März 1360.

Wi Geuerd vnde Hinrik van Aluenfleue, Brudere, Bekennen vnde bethugen openbar in dessem Breue vor alle den, de en seen eddir horen lesen, dat wi hebben gefat vnde setten in dessem breue mit vulbort vnde mit willen mines wyues Geuerdes vorbenömet Gunther scutten vnde tu siner truuen hant Boden Hanse vnde Hempten van dem knysebeke, bruderen, twe man mit allerleie rechte, Henneken Goghreuen vnde Benen sinen neybur, in deme dorpe tu Mellyn, vor achte mark Brandenburges fuluers, alse wi de gehat hebben bet an desse tid, Also dat wi dit vorbenomde gut moghen losen in allen sunthe Micheles Daghen vor achte mark Brandenburges fuluers eddir vor sunthe Micheles daghe vor negen mark des fuluen fuluers ane allerleie wedersprake. Dat wi dit stede vnde gantz holden willen, des hebbe wi Tu eyner bethuginge vfe Ingelegele laten hengen an dessem Brif. Gegeuen na Godes bort drutteyn hundert Jar dar na in deme seftegeften iare, des fondages tu mitvaften.



CXXII. Die von Bodendiek verfaufen das Dorf Wendischen Grabenstedt an das Kloster Diesdorf, am 23. April 1360.

We Her Boldewin, Riddere, Berteld, Boldewin, Gheuerd, desseluen Hern Boldewines sone, Henning, Otte, Perner to pattenfen, Anno vnde Cord, werners kindere, al gheheten van Bodendike, bekennen in desseme breue, Dat we mit willen vnde mit ganfer vulbord al vser eruen vnde vrunde Hebben verkoft vnde laten vnde verkopen vnde laten in desseme seluen breue deme Proueste . . , der priorinne vnde dem ganfen Conuente des Godehufes to Dyftorpe vor drehundert vnde ene mark Luneborcher penninghe, de os vruntliken vnde ganfliken betalet sin, Dat ganse Dorp wendischen Grauenstede, dat alle iarlik gift rechter gulde vnde rente dre wischepeln Rogken vnde neghenteyn mark vnde verdehaluen schilling Luneborchere penninge, vnde twe wische, de gheheten sin Hofwische, vnde de Molen darfelues ghelegen, mit alleme rechte, mit dem hogesten vnde mit dem sifesten, mit voghedye mit alleme deneste, mit aller vrucht vnde nut In water, in weyde, in wischen, in holte, in ackere, ghered vnde vnghered, in straten, in welden vnde in marken, vnde in al dem, dat to dem seluen dorpe vnde Molen hord, eweliken, vredeliken vnde roweliken to besittene, vnde willen des vorbenomden gudes rechte ware wesen vnde ledeghen van allerleye rechter ansprake. Vp dat alle disse vorghefchreueene Ding eweliken vast vnde stede gheholden werden, so hebbe we dessen bref befegelet mit vfen Inghefeghelen. Gegheuen na der bord Godes dretteynhundert iar In dem Sesteghesten Jare, In Sente Jurien daghe des hillighen Merterers.

CXXIII. Günther Schütze entsagt seinen Ansprüchen an zwei Mann in dem Dorfe zu Mellin, die ihm von Gebhard von Alvensleben verpfändet gewesen, am 17. Mai 1360.

Vor alle den, de dessen Brif seen edder horen lesen, Bekenne Ik Gunther schutte vnde betughe openbar, dat ik hebbe gelaten vnde late mit dessem Breue twe man in deme Dorpe tu Mellin, Henneken Gogreuen vnde Benen synen neybur, mit allerleie rechte, de mi Geuerd van Aluenfleue, Hern Geuerdes sone, gesat hadde vor achte mark fuluers, also dat ik noch nemant van miner wegen dar vp zaken scullen noch enwillen. Tu eyner bethuginghe hebbe ik min ingesegel Laten henghen an dissen brif, Gegheuen na godes bort drutteyn hundert Jar dar na in deme festeghesten iare, des negeften sondaghes vor Pingesten.



CXXIV. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß seine Conventualin Ermgard von Lüneburg im Auftrage von Ermgard Zens von Kneesebeck eine Rente in dem Dorfe Mellin gekauft habe, am 24. Juni 1360.

